



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Manuale sacrificantium, ex missalis Rom. reformati rubricis, et nobiliorum doctorum elucidationibus depromptum, et usui sacerdotum universae civitatis, & dioecesis Tridentinae propositum, ac pro dignitate, & uniformitate ritus missae privatae restituendis, & retinendis, seriò indictum, et demum addita praeparatione ad missam pro opportunitate sacerdotis facienda*, Trento, Eredi Vida e Giovanni Parone, 1685.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I k 231

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/308>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T. d. 801

MAN
SACRI

MISSAL
F

Nobiliorum
nibus

ET VSVI

Vniuersæ
Tride


Ac pro Dignit
Missæ Pri
sinen

Et demum ad
sam pro
d



Ex Typogr
Imptess.

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



K 2043862
D 2043839

Stca
T I K 231

MANVALE
SACRIFICANTIVM,

Ex

MISSALIS ROM. REFORMATI
RVBRICIS,

Et

Nobiliorum Doctorum Elucidatio:
nibus Depromptum ,

ET VSVI SACERDOTVM

Vniuersæ Ciuitatis, & Diocæsis
Tridentinæ Propositum,

*Ac pro Dignitate, & Vniformitate Ritus
Missæ Priuata restituendis, & re-
sinendis, serid Indictum,*

Et demum addita præparatione ad Mis-
sam pro opportunitate Sacer-
dotis faciendâ.



TRIDENTI,

Ex Typogr. her. vid & Ioannis Paronij,
Impress. Episc. Super. permis. 1685.

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



SIGIS
ALP

DEI GRATIA
PRINCEPS
BRIXIN
DE



Ni
ra
C
P

Parochialium
Viceplebanis
non curatis, c
Clericis per n
cesim Trident
præsentibus,
mino. Quom
aut indecoru
quàm quòd
pnum Fidei

SIGISMVNDVS
ALPHONSVS,

DEI GRATIA EPISCOPVS, ET
PRINCEPS TRIDENTINVS, ET
BRIXINENSIS, COMES
DE THVN, &c.

Vniuersis, & singulis Vene-
rabilibus deuotis Nobis in
Christo Dilectis N. & N.
Præpositis, Ecclesiarum,
Parochialium, Rectoribus, Plebanis, &
Viceplebanis, Capellanis curatis, &
non curatis, cæterisque Presbyteris, &
Clericis per nostram Ciuitatem, & Diæ-
cesim Tridentinam vbilibet constitutis,
presentibus, ac futuris, salutem in Do-
mino. Quoniam nihil sanè indignius,
aut indecorum magis contingere potest,
quàm quòd Diuinum illud & præci-
puum Fidei nostræ Mysterium, quo vi-

uifica illa Hostia, quæ Deo Patri recon-
 ciliati sumus, in Altari per Sacerdotes
 quotidie immolatur, à multis negligenter
 & utinam non irreuerenter, quod
 ab impietate vix seiunctum esse potest;
 ab alijs verò, ijsq; plerisque, etiam par-
 ticularis cultus & deuotionis specie
 deceptis, difformi Ritu tractatur siue
 addendo siue omittendo, siue immutan-
 do, contra vel præter Rubricas: cum ta-
 men nefas sit ullam Cæremoniam, quã-
 tavis pietate cohonestatam, in Rubricis
 nõ præscriptam, addere; vel immutare
 præscriptas: quia ordinare Cæremonias,
 & Ritus Missæ, spectat ad publicã Ec-
 clesiæ auctoritatem, & ad solum Sum-
 Pontificem; & si facultas cuique fieret
 addendi, vel immutandi Cæremonias
 quasque, sibi ex priuata deuotione pro-
 batas, vniformitas Ritus, omnibus præ-
 scripta euenteretur: idcirco ex munere
 Nobis etiam per S. Tridentini decreta
 Concilij iniuncto, deformitati, & dif-
 formitati huiusmodi occurrere volen-
 tes, & vniformitatem Cæremoniarum,
 ad

ad Sacrosan-
 peragendu
 præcepta
 Constitutio
 Etiam Rub.
 formati ob
 tatem, &
 care, & re
 cæ nihil ce
 aut subob
 bus Doctõ
 ria Rom. v
 illius men
 terminare
 iuxta Clemen
 tam Constit
 stolo vnum
 est Ecclesia
 ratione, &
 addito, ni
 in Sacrifici
 omnes, &
 cesis nostr
 promotos
 incept, cu

o Patri recon
per Sacerdote
ltis negligē
uerenter, quod
um esse potest
e, etiam par
ionis specie
tractatur siue
siue immutan
bricas: cum ta
moniam, quā
m, in Rubrici
l immutare
e Caremonias,
d publicā Ec
d solum Sum
s cuique fieret
li Caremonia
euatione pro
omnibus pr
cō ex munen
tini decreta
itati, & dif
rrere volen
remoniarum,
ad

ad Sacrosanctum Misse Sacrificium ritē
peragendum, ex dicti Concilij decreto
præceptam, & tot Summ Pontificum
Constitutionibus inculcatam, ad exa-
ctam Rubricarum Missalis Romani Re-
formati obseruantiam per nostram Ciui-
tatem, & Diocesim Tridentinam reuo-
care, & reducere; & ubi dictæ Rubri-
cæ nihil certi statuerunt, seu ambigæ,
aut subobscuræ videntur, ex nobiliori-
bus Doctōribus, potissimum verò in Cu-
ria Rom. versatis, & ad recentiorē
illius mentem, & vsum instructis, de-
terminare intendentes, vt qui omnes
iuxta Clementis VIII. San. mem. edi-
tam Constitutionē docente Paulo Apo-
stolo vnum sumus in vno corpore, quod
est Ecclesia, vna eademque celebrandi
ratione, & Ritus obseruatione, nihil
addito, nihil omisso, nihil immutato,
in Sacrificio Misse vtamur: propterea
omnes, & singulos Ciuitatis, & Diœ-
cesis nostræ prædictæ Sacerdotes, tam
promotos iam, quam promouendos de-
inceps, cuiuscumq; gradus, conditionis,

& dignitatis existant, etiam quantum-
 vis exempti, nemine prorsus excepto,
 serio hortamur, & commonemus, &
 sub interminatione Prophetici anathe-
 matis, Maledictus homo qui tractat
 opus Dei negligenter, obtestamur, ut
 Manuale Sanctificantium, ad Sacrosan-
 ctum Altaris ministerium digne, rite,
 & uniformiter obeundum, hic adiectum,
 attentè perlegant, iugiter tractent, &
 accuratè addiscere, ac retinere stude-
 ant: Certiorantes eos, quòd elapso Se-
 mestri, à die publicationis præsentis
 Edicti nostri computando, quos iuxta
 Manuale huiusmodi haud instructos
 reperiri nouerimus, Nos eos sine spe
 venturæ tamdiu ab Altaris, & Sacrosan-
 ctæ Liturgiæ Ministerio arceamus, do-
 nec, & quousque per nostrum Caremo-
 niarum Magistrum, seu alium idoneum
 Ministrum ad hoc à Nobis specialiter
 deputandum, sufficienter instructi repe-
 riantur & canonicam approbationem
 obtinere mereantur. In quorum fidem,
 &c.

Datum

Datum T
Boni ConsilijIosephus
Decan
carius
neralis

m quantum
 sus excepto,
 onemus, &
 tici anathe.
 qui tractat
 btestamur, ut
 ad Sacrosā
 dignē, ritē,
 hic adiectū,
 tractent, &
 tinere stude.
 dē elapso Se
 nis præsenti
 quos iuxta
 id instructos
 os sine spe
 & Sacrosan
 cebimus, do.
 um Caremo
 um idoneum
 is specialiter
 instructi repe
 robatōnem
 rum fidem.

Datum Tridenti, ex Castro nostro
 Boni Consilij, die 24. Octobris 1673.

Iosephus Vi&torius de Albertis,
 Decanus, Canonicus, & Vi
 carius in Spiritualibus Ge
 neralis, &c.

Antonius Begnudellius
 Cancell. Mandato.



Datum

A 4

MA:



MANVALE

SACRIFICANTIVM.

1.  **S**acerdos celebraturus Missam, confiteatur Sacramentaliter, si opus sit, antequam Sacris Vestibus induatur, Matutino autem cum Laudibus prius absque, nisi rationabili aliqua causa excusetur. Deinde Orationi aliquantulum vacet, recitando Orationes, videlicet Antiphonam *Ne reminiscaris*, quæ integra dicitur in Duplicibus, cum Psalmis, & reliquis Precibus ad Missam præparatorijs, in Missali, seu Tabella exposita, pro opportunitate præscriptis. Missam postea perquirat in Missali, suis locis signa.

signacula
uet manus
tatem, &
cum omni
Patenam
neque not
leuiter ext
deferat vl
bursam (
Apostolicu
cem apte
Sacerdote
per Velo.

2. His
pite, & Co
autem de
faciunt) i
dis, & in
las Vestes
sali præsc
stea. Bir
Missale, n
licem, au
Amictum
signet cur



ALE TIVM.

celebraturus
confiteatur
ntaliter, &
, antequam
ur, Matutine
rnis absola
ua causa ex
oni aliquan
lo Orationes
Ne reminisca
r in Duplici
eliquis Prec
torijs, in Mi
fica, pro op
s. Missam
fali, suis loc
signa.

signacula ordinando, & subinde la-
uet manus, dicendo *Da Domine vir-*
tutem, &c. Mox præparet Calicem
cum omnibus requisitis, positâ super
Patenam Hostiâ integrâ, non fractâ,
neque notabiliter maculatâ, quam
leuiter extergat à fragmentis, & non
deferat vlllo modo Corporale ex ra
bursam (nisi priuilegium habeat
Apostolicum) quam ita super Cali
cem aptet, vt pars, quæ aperta est,
Sacerdotem respiciat, reuoluto desu
per Velo.

2. His ita depositis detecto ca
pite, & Collari retento (nequaquam
autem deposito, vt aliqui indecenter
faciunt) induat se paramentis mun
dis, & integris, recitando ad singu
las Vestes singulas Orationes in Mis
sali præscriptas non antea, nec po
stea. Birretum non deponat super
Missale, neque vlllo modo super Ca
licem, aut super Altare. Accipiens
Amictum caueat, ne vlllo modo se
signet cum eo; sed signet se, antequâ

illum accipiar, si velit. Accepto Amictu illum osculetur, ubi est, vel esse solet Crux, quod faciat etiam ad Manipulum, & Stolam. Osculato Amictu, illum omnino supra caput, non à latere alterutrius auris, dextero motu ponat, mox declinet ad collum, & eo Vestium collaria circumcingat. Quando Albam induit, si detur ei à Ministro, manibus iunctis caput submittat, & sic faciat etiam ad Planetam. Manica dextra Albæ brachio dextro prius est imponenda, quàm sinistra sinistro. Quando Cingulum adhibetur duplicatū, extremitates ipsius accipiantur à latere dextro. Nullo modo sunt à tergo occultandæ cinguli extremitates; sed iuxta verba Rubricæ utraque pars Stolæ extremitatibus Cinguli hinc inde ipsi cingulo coniungatur. Manipulus imponatur non longè à manu infra cubitum, & nullo modo supra cubitum. Stolam ponat non longè à collo, longè enim à collo est

pro;

proprium
dexteram
cerdos p
menta de
sed Amic
lam ipse si
tus. Reli
sibi impos
beat Sacer
duere se a
mat in cor
dio, quod
Cardinali

3. Om
caput birr
Calice, qu
te pectus,
ut aliqui fa
Cruci, vel
erit, videli
non profu
ad Altare,
incessu gra
minem sa
ylla capit

t. Accepto
 , ubi est, ve
 ciat etiam
 am. Oscula
 o supra ca
 utriusque
 uox declinet
 n collaria
 Albam in
 ro, manibus
 , & sic faciat
 nica dextra
 ius est impo
 stro. Quan
 duplicatū,
 iantur à la
 o sunt à ter
 extremitates;
 æ utraque
 ous Cinguli
 on iungatur.
 on longè à
 nullo modo
 onat non
 n à collo est
 pro;

proprium Episcopi; & Stolaē partem
 dexteram superponat sinistrae. Sa
 cerdos potest quidem Sacra Indu
 menta de manu Ministri recipere;
 sed Amictum, Manipulum, & Sto
 lam ipse sibi imponat, nisi sit Præla
 tus. Reliqua potest permittere, ut
 sibi imponantur à Ministro. Si de
 beat Sacerdos ex aliqua causa in
 duere se ad Altare, paramenta su
 mat in cornu Evangelij, non in me
 dio, quod conceditur Episcopis, &
 Cardinalibus.

3. Omnibus paramentis indutus
 caput birreto cooperiat, & accepto
 Calice, quem eleuatum portabit an
 te pectus, non demissum infra pectus,
 ut aliqui faciunt, factaque reuerentia
 Cruci, vel Imagini, quæ in Sacristia
 erit, videlicet corpore inclinato, sed
 non profundè, eat capite cooperto
 ad Altare, procedat demissis oculis,
 incessu graui, & erecto corpore, ne
 minem salutet, neque salutantibus
 vlla capitis inclinatione respondeat,

sed si antequam ad Altare perueniat, occurrat Prælati, vel Sacerdos Sacris Vestibus indutus, non aperiat caput, sed tantum inclinatione capitis eum veneretur; quod obseruet etiam transeundo ante Altare, in quo celebratur Missa; vel transeundo per medium Chori, ubi adest Clerus, vel ante illum. Si transferit ante Altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam, videlicet corpore inclinato, sed non profundè. Si transferit ante locum Sacramenti, genuflectat vnico genu vsque ad terram, capite cooperto. Genuflexiones in Missa debent fieri genu dextro vsque ad terram, caput humerosq; eodem tempore aliquantulum inclinando, quod semper obseruetur in tota Missa, quoties ex Rubricæ præscripto erit genuflectendum: illa enim dura, & stabilis altitudo cervicis non videtur præferre signum humilitatis. Si Sacramentum erit expositum, vel sit in Altari, ubi celebratur Missa, nem;

nempe post assumptionem genuflexionem itatum sursum, & detestatio caput, & humeros, ut superius Celebrans Corporale. Sacramentum; sed si e facta genuflexione cooperto capite diatur ad Altare, fiat ei obuius Sacramentum, & qui immorandus si immoratur ante Reliquiam niter expositum, aut sit apud illudque, a

are perueni-
 vel Sacerdos
 non aperiat
 atione capi-
 d obseruet e.
 tare, in quo
 anseundo per
 st Clerus, vel
 ante Altare
 faciat ad il-
 cet corpore
 ndè. Si tran-
 menti, genu-
 e ad terram
 flexiones in
 dextro vsque
 trosq; eodem
 inclinando,
 r in tota Mis-
 æ præscripto
 illa enim dura
 ruicis uon vi-
 a humilitatis
 xpositum, vel
 atur Missa-
 nem;

nempe post Consecrationem, & ante
 sumptionem, aperto capite faciat
 genuflexionem modo iam dicto, &
 itatim surgat: ac si eleuetur Sacra-
 mentum, genuflectat vtroque ge-
 nu, & detecto capite illud adoret,
 caput, & humeros pariter inclinan-
 do, vt supra; nec ante surgat, quàm
 Celebrans deposuerit Calicem super
 Corporale. Idem obseruetur, si Sa-
 cramentum ministrabitur Sæculari-
 bus; sed si erunt in multo numero,
 facta genuflexione vnico genu, mox
 cooperto capite surgat, & progre-
 diatur ad Altare. Si per Ecclesiam
 fiat ei obuiam deferens sanctiss. Sa-
 cramentum, genuflectat, donec tran-
 seat, & quidem vtroq; genu quando
 immorandum est; vnico verò genu,
 si immorandum non est. Si transibit
 ante Reliquiam insignem, solem-
 niter expositam, de qua eo die fiat
 festum, aut quia in magno honore
 sit apud populum, aperiat caput,
 illudque, ac humeros inclinet: Sed si

Re.

Reliquia posita sit in Altari, in quo sit Sacramentum Tabernaculo inclusum, fiat profunda genuflexio usque ad terram cooperto capite sine alia reuerentia, quia habetur ratio Sacramenti, & non Reliquiæ. Post quamcumque genuflexionem surgente Sacerdote, nunquam faciat aliam reuerentiam, vel capitis inclinationem, quia genuflexio est reuerentia debita Sacramento ad differentiam aliarum reuerentiarum, & inclinationum, quæ fiunt, ubi non est Sacramentum; sufficit enim una reuerentia, vel genuflexio, & Sanctissimo, & Cruci, absque alia replicatione reuerentiæ, vel capitis inclinatione. Caueat omnino, ne caput detegat, nisi prius genuflexus: & ut illud tegat antequam surgat; nam ad cauendum periculum alicuius indecentiæ, vel irreuerentiæ, si contingeret cadere bursam, vel Patenā, surgens debet ponere dextram super bursam, quia birretum nunquam
poni

poni debet
dum est m
pars aper
Sacerdote

4. Cum uenerit, stans dum caput
stro porrig
super Missa
tram supe
seu Imag
tæ, profun
videlicet
to: Sed si
cum Sacra
nuflexione
erectus sur
uerentiam
prout iam
ad Altare,
Euangelij,
bursa, qua
ad cornu E
Secretarum
rale, cauend

tari, in quo
aculo inclu-
flexio usque
ite sine alia
ratio Sa-
quæ. Post
onem sur-
uam faciat
capitis incli-
o est reue-
o ad disse-
ntiarum, &
vbi non
enim vna
o, & San-
alia repli-
capitis incli-
ne caput
exus: & vt
gat; nam
alicuius
æ, si con-
el Patenā,
xtram su-
nunquam
poni

poni debet super Calicem, sed tenen-
dum est manu dextera demissa, ita vt
pars aperta birreti respiciat ipsum
Sacerdotem.

4. Cū Sacerdos ad Altare per-
uenerit, stans ante illius infimum gra-
dum caput detegat, birretum Mini-
stro porrigat, sed nullo modo ponat
super Missale, vt dictum est, & dex-
tram super Calicem tenens, Altari,
seu Imagini Crucifixi desuper posi-
tæ, profundam faciat reuerentiam,
videlicet corpore profundè inclina-
to: Sed si ibi fuerit Tabernaculum,
cum Sacramento incluso, faciat ge-
nuflexionem genu dextro, & deinde
erectus surgens non faciat aliam re-
uerentiam, vel capitis inclinationē,
prout iam dictum est. Ascendens
ad Altare, Calicem sistat ad cornu
Euangelij, & extrahat Corporale de
bursa, quam illicò collocabit erectā
ad cornu Euangelij prope Tabellam
Secretarum: mox extendat Corpo-
rale, cauens ne extremitates excedāt,
oram

oram anteriorem Altaris : sed tota
 Ara consecrata penitus cooperiatur,
 In medio Corporalis collocet Cali-
 cem, & in anteriori parte velum pe-
 nitus demittat, & diligenter exten-
 dat, ita vt Calix non appareat. Si in
 Altari fortè paramēta accepit, aptet
 Calicem, vt supra, priusquam acce-
 dat ad Missale. Aptato Calice faciat
 reuerentiam Cruci, capite, & hume-
 ris aliquantulum inclinatis : deinde
 manibus iunctis vadat ad Missale,
 quo aperto Missā reperiāt, & signa-
 cula suis locis accommodet: mox re-
 diens ad medium Altaris manibus
 iunctis non moretur ibi orando, sed
illicò facta vt paulo ante reuerentia
Cruci, descendat in planum post in-
 fimum gradū demissis oculis, & ma-
 nibus iunctis. Quoties manus iun-
 guntur in tota Missa ante Consecra-
 tionem, & post abluionē digitorū,
 quæ fit post Sacramenti sumptionē,
 semper ponatur pollex dexter super
 sinistro in modum Crucis. Si ad Al-
 tare

tare nullus
 fionem per
 remotus.
 tari vertat
 trahat se a
 Euangelij,
 Cruci. Si a
 nondum in
 etiam post
 tari, eleu
 quo Altari
 flectat supe
 eleuetur Sa
 tari accom
 rit Missale
 & postea
 non verrat
 tur, genu
 petet.

5. Cū
 ante infim
 beat reuer
 ri, corpor
 si adest T
 to inclusio

s; sed tota
 cooperiatur,
 collocet Cali-
 te velum pe-
 enter exten-
 areat. Si in-
 cepit, aptet
 quam acce-
 Calice faciat
 te, & hume-
 tis: deinde
 ad Missale,
 iat, & signa-
 det: mox re-
 ris manibus
 orando, sed
 reuerentia
 num post in-
 ulis, & ma-
 manus iun-
 e Consecra-
 ñe digitorū,
 sumptionē,
 exter super
 Si ad Al-
 tare

tare nullus sit gradus, faciat confes-
 sionem per aliquot passus ab Altari
 remotus. Descensus autem ab Al-
 tari vertat se à parte Epistolæ, & re-
 trahat se aliquantulum ad partem
 Euangelij, ne directè terga vertat
 Cruci. Si antequam incipiat Missam
 nondum inchoato *In nomine Patris*
 etiam post factam reuerentiam Al-
 tati, eleuetur Sacramentum in ali-
 quo Altari aperto, & patente, genu-
 flectat super infimum gradum: at si
 eleuetur Sacramentum, dum in Al-
 tati accommodat Calicem, vel ape-
 rit Missale, perficiat quod incepit.
 & postea descendens, ita vt terga
 non vertat Sacramento, quod eleua-
 tur, genuflectat prout tempus sup-
 petet.

5. Cum peruenerit in planum
 ante infimum gradum Altaris, exhi-
 beat reuerentiam profundam Alta-
 ri, corpore profundè inclinato; vel
 si adest Tabernaculū cum Sacramen-
 to incluso, faciat genuflexionem
 genu

genu dextro vsque ad terram, capite, & humeris simul aliquantulum inclinatis, vt iam dictum est, & mox surgens sine alia reuerentia, vel capitis inclinatione, stans erectus incipiat Missam in conuenienti tono, ita vt non sit impedimento aliis Sacerdotibus, si qui tunc celebrent in proximo Altari, positaque manu sinistra infra pectus (quod semper faciat, cum se ipsum signabit) dexterâ se signet signo Crucis, illud producendo a fronte vsque ad pectus. Caueat autem, ne vnquam digitos sibi osculetur, sed illico iungat manus ante pectus, iunctis pariter, & extensis digitis, ita vt eorum pars suprema non vergat ad terram, vel ad Altare, sed ad faciem ipsius Celebrantis, non quidem directè per gestum violentum, sed mediocriter per gestum naturalem: quod semper obseruet, quoties manus iungendæ sunt, nisi quando Rubrica expressè dicit, *Manibus super Altare positis*. In fine Psalmi

Iudi-

Iudica me
nam, no
lum *Intr*
caput Cr
Adiutori
Crucis, p
pectus,
Dum dic
netur, &
aut alter
gat, qua
Confiteor
nistrâ in
dextra p
ta, frago
tunzione
tu: quod
toribus, a
non sum
cet *Vobis*
vertat se
uata, id e
ni, quan
postmod
eoque fin

trām, capi-
antulum in-
est, & mo-
tia, vel ca-
rectus inci-
nti tono, ita
aliis Sacer.
rent in pro.
anu sinistra
per faciat,
dexterā se si-
roducendo
Cauet au-
sibi oscule-
us ante pe-
extensis di-
prema non
Altare, sed
ntis, non
am violen-
gestum na-
eruet, quo.
nisi quan-
, *Manibus*
ne Psalmi
Iudi-

Iudica me Deus, repetendo antipho-
nam, non dicat, *Et introibo*, sed so-
lum *Introibo*. Cum dicit *Gloria Patri*,
caput Crucis inclinet. Ad versiculum,
Adiutorium nostrum, signet se signo
Crucis, posita manu sinistra infra
pectus, ut paulo ante dictum est.
Dum dicit *Confiteor* profundè incli-
netur, & non addat nomen Patroni,
aut alterius Sancti; nec antè se eri-
gat, quam Minister incipiat dicere,
Confiteor. Cum dicet *Mea culpa*, si-
nistrā infra pectus positā ter manu
dextra pectus percutiat, non violenta,
fragosa, neque festinata, sed leni
tusione, elegantiq; ac decenti mo-
tu: quod item ad *Nobis quoque pecca-*
toribus, ad *Agnus Dei*, & ad *Domine*
non sum dignus obseruabit. Cum di-
cet *Vobis fratres*. & *Vos fratres* non
vertat se ad Ministrum in Missa pri-
uata, id enim fit solum in Missa solē-
ni, quando adstant Leuitæ. Dicto
postmodum per Ministrū. *Confiteor*,
eoque finito, Sacerdos non debet di-
cere

cere *Amen*, prout multi ineptè faci-
ant. Ad *Misereatur vestri* non dicat
Dimissis omnibus peccatis, sed tantum
Dimissis peccatis sine Omnibus: & ad
Indulgentiam non dicat *Omnium pec-*
catorum, sed *Peccatorum* tantum. Ad
versiculum *Deus tu conuersus*, & reli-
qua quæ sequuntur, inclinetur sed
non profundè, & inclinatus maneat
vsque ad Orationem *Aufer à Nobis*,
Cum dicit, *Oremus* clara voce, & ad-
huc inclinatus, extendat, & iungat
manus, iunctis quoque, & extensis
digitis, non autem manus eleuet, vt
plurimi faciunt. Cum manus exten-
duntur, videat, ne latitudinem cor-
poris Celebrantis egrediantur: quod
semper cauebit in tota Missa, quo-
ties manus erunt extendendæ. Exten-
dat autem illas antequam dicat *Ore-*
mus, quod cum dicit, eas iungat.

6. Dum dicit secretò *Aufer à No-*
bis Celebrans erectus, ac manibus
iunctis, ascendat ad medium Alta-
ris, & ibi inclinatus, sed non profun-
dè,

dè, man-
positis, in
paruorū
dium an
Menſæ A
nuum in
pollice
dum Cru
ſeruabit
nus iun
tare) ſec
ne. Oſc
cūm dice
manus h
ſuper eo
illud ſit a
ret incor
per obſe
Altare; I
ante ab
poſt Cou
diſiungu
tur ſuper
dos in of
ſiue alter

i ineptè faci
 ri non dica
 r, sed tantum
 anibus: & ad
 Omnium pec
 tantum. Ac
 uersus, & reli
 inclinetur se
 natus manea
 Aufer à Nobis
 a voce, & ad
 et, & iunga
 e, & exten
 nus eleuet, &
 manus exten
 udinem cor
 iantur: quos
 a Missa, quo
 endē. Exten
 m dicat Ore
 s iungat.
 Aufer à No
 ac manibus
 medium Alta
 non profun
 dē,

dē, manibusque item iūctis super co
 positis, ita ut extremitate digitorum
 paruorū duntaxat frontem, seu me
 dium anterioris partis tabulæ, seu
 Mensæ Altaris tangūt, residuo ma
 nuum inter Altare, & se retento, &
 pollice dextro super sinistro in mo
 dum Crucis posito (quæ omnia ob
 seruabit in tota Missa, quoties ma
 nus iunctæ ponendæ erunt super Al
 tare) secreto dicat *Oramus te Domi
 ne*. Osculaturus Altare in medio
 cūm dicet *Quorum reliquie hic sunt*,
 manus hinc inde æqualiter extensas
 super eo ponat extra Corporale, nisi
 illud sit adeo magnum, ut gestus fie
 ret inconcinus: Quod Celebrās sem
 per obseruet, quando osculabitur
 Altare; sed post Consecrationem
 ante abluionem digitorum, quæ fit
 post Communionem, pollices non
 disiunguntur ab indicibus, & ponun
 tur super Corporale. Caueat Sacer
 dos in osculatione Altaris, siue libri,
 siue alterius rei, ne vnquam produ
 cat

cat signum Crucis pollice, vel manu
super id, quod osculaturus est, & ne
vice Altaris osculetur Velum Cali-
cis, quia est manifestè contra Rubri-
cam. Vt autem Celebrans genufle-
xurus, vel osculaturus Altare, aptè
se inclinet, aut genuflectat, paululum
retrocedat ab Altari, ita vt stans in-
clinatus æquali ab utroque latere di-
stantia, & situ, possit illud osculari
in medio, prout debet, & non ad la-
tera, absque eo quòd corpus intor-
queat ad vnum, vel alterum latus,
quod non decet, sed semper cauebit,
quoties osculabitur Altare. Oscula-
to Altari sine alia reuerentia, vel ca-
pitis inclinatione, manibus iunctis
accedat ad librum in cornu Episto-
læ, & ibi stans erectus versus Altare,
positaque manu sinistra infra pectus
dexterâ producat à fronte ad pectus
signum Crucis, interim incipiens In-
troitum Missæ & prosequatur iun-
ctis manibus ante pectus eo modo,
quo dictum est iam. Caueat, ne In-
troi-

troitum
versus co-
vt Missæ
nanter, n-
nimium a-
sed medi-
Quæ verò
ter pronu-
at, sed à c-
gatur. Su-
met ipsun-
debet clar-
cit, quod
debent. C-
disiunctis
nibus, cap-
veruntam-
aliquantu-
corpus. I-
gnet se,
iunctis ma-
quiem, no-
nu dextra
met in aer-
quem ben-

e, vel man
 us est, & ne
 Velum Cali
 ontra Rubri
 ans genufle
 Altare, apte
 t, paululum
 ut stans in
 ue latere di
 lud osculari
 & non ad la
 corpus intor
 terum latus
 per cauebit
 re. Oscula
 ntia, vel ca
 bus iunctis
 rnu Episto
 sus Altare,
 infra pectus
 te ad pectus
 ncipiens In
 quatnr iun
 s eo modo,
 neat, ne la
 troi,

troitum incipiat adhuc ambulando
 versus cornu Epistolæ, sed studeat,
 ut Missam legat distinctè, non festi-
 nanter, nec lentà nimis, neque voce
 nimium alta, aut nimium demissa,
 sed mediocri, graui, & intelligibili.
 Quæ verò secretò dicenda sunt, tali-
 ter pronunciet, ut semetipsum audi-
 at, sed à circumstantibus non intelli-
 gatur. Surdaster verò ex eo quòd se-
 met ipsum non possit audire, non
 debet clara voce proferre; sed suffi-
 cit, quod proferat eo modo, quo alii
 debent. Cùm dicit *Gloria Patri* non
 disiunctis, sed iunctis, ac firmis ma-
 nibus, caput inclinet, non personam;
 veruntamen cum capite conuertat
 aliquantulum versus Crucem etiam
 corpus. Repetens Introitum non si-
 gnet se, ut priùs, sed prosequatur
 iunctis manibus. Si Missa sit de Re-
 quem, non signet se, sed solùm ma-
 nu dextra extensa supra Missale for-
 met in aere signum Crucis, quasi ali-
 quem benedicens, sinistra interim
 posita

posita super Altari. Post Psalmum non dicitur *Gloria Patri*, sed repetitur *Requiem eternam* iunctis manibus sine alia Cruce, quæ non fit amplius in alijs *Requiem*, quæ dicuntur in Missa.

7. Expleto Introitu accedat iunctis manibus ante pectus ad medium Altaris, ubi stans versus ad illud similiter manibus iunctis, nulla facta reuerentia, vel capitis inclinatione, dicat eadem voce ter *Kyrie eleison*, ter *Christe eleison*, & ter *Kyrie eleison*, alternatim cum Ministro, qui si non respondet, ipse Celebrans solus dicat nouies; neque prius incipiat *Kyrie*, quàm peruenerit ad medium Altaris, Post vltimum *Kyrie eleison* stans in medio Altaris, & manus extendens, ac eleuans vsque ad humeros (quod in omni manuum eleuatione obseruatur) incipiat *Gloria in excelsis*, si dicendum sit, neque digitis vlllo modo tangat Altare in extensione manuum; Cum dicit *Deo*, iungat ma-

nus;

nus; & c
clinet, n
Adora
Iesu Ch
stram,
modo c
tione co
Sancto S
ad pect
non iun
Rubrica
positis
idemqu
Gloria
manibu
terram
tere ad
nempe
nu Episc
manus
tem illa
dicat *L*
grauite
tari, qu
tics se

ost Psalmodum
sed repetit
etis manibus
fit amplius
dicuntur in

accedat iun
ad medium
ad illud si
nulla facta
inclinatione
Kyrie eleison
Kyrie eleison
qui si non
solus dicat
ipiat Kyrie
diu Altar
eleison stans
manus exten
ad humeros
elevatione
ia in excel
digitis vll
extensione
iungat ma
nus;

nus; & caput, non corpus, Cruci in
clinat, neque oculos eleuet. Ad verba
*Adoramus te, Gratias agimus tibi,
Iesu Christe, Suscipe deprecationem no
stram*, & iterum Iesu Christe simili
modo caput Cruci inclinet sine mo
tione corporis. In fine verò dicēs *Cū
Sancto Spiritu &c.* se ipsum à fronte
ad pectus signet. In verbo *Amen*
non iungat manus, quia est præter
Rubricam; sed manibus hinc inde
positis osculetur Altare in medio,
idemque faciat, quando non dicitur
Gloria in excelsis: & iunctis iterum
manibus ante pectus, demissisque in
terram oculis, vertat se à sinistro la
tere ad dextrum versus Populum,
nempe ab ea parte, quæ respicit cor
nu Epistolæ; & extendens, ac iungens
manus ante pectus, nequaquam au
tem illas eleuans vt multi faciunt,
dicat *Dominus vobiscum*. Cautè, &
grauiter se vertat, non hærendo Al
tari, quod cauebit in tota Missa, quo
ties se ad Populum conuertet. Ad

B

verbum

verbum *Domini* aperiat manus ad latitudinem corporis, & non ultra, ita vt vna palma respiciat alteram; ad verbum *Vobiscum* iungat manus sine vlla prorsus corporis, vel capitis inclinatione, quod semper caueat; & per eandem viam reuertatur ad librum. Quandocumque in tota Missa se ad Populum vertit, caueat, ne curiosè circumspiciat, sed oculos semper in terram demittat.

8. Cùm ad librum peruenerit, manus extendens, ac iungens ante pectus, & caput versus Crucem inclinans, dicat *Oremus*: Quo dicto extendat manus ante pectus, ita tamen vt vna palma respiciat alterã & perpendiculariter manus extensæ habeantur, neque vlllo modo extremitates manuum, seu digitorum respiciant faciem Altaris, sed iunctis, extensisq; digitis semper sint erectæ vsque ad humeros motu naturali, ita vt altitudinem, & latitudinem, seu distantiam humerorum non excedât: quod semper

per obse
do ex R
nendæ
Quoties
Oration
etiam it
manus,
ad finem
caput v
etiam fa
Epistola
quam cu
tunc en
brum. I
per cap
& sic fia
uentis.
non inc
nisi qua
ob eoru
uam, fi
tunc ca
versus C
quæ om
sunt de

manus ad
 on ultra,
 alteram
 at manus
 vel capitis
 er caueat
 erratur ad
 in tota
 tit, caueat,
 sed oculos
 at.
 uenerit,
 gens ante
 nem incli-
 dicto ex
 ira tamen
 erā & per
 elā habeā
 extremitates
 respiciant
 extensiq;
 e vsque ad
 a vt altitu-
 distantiam
 quodsem-
 per

per obseruetur in tota Missa, quan-
 do ex Rubricæ præscripto manus te-
 nendæ sunt extensæ ante pectus.
 Quoties in tota Missa dicit in fine
 Orationis *Per Dominum nostrum*,
 etiam in secretis, & Canone, iungat
 manus, easque iunctas teneat vsque
 ad finem. Quando nominatur *Iesus*,
 caput versus Crucem inclinet: quod
 etiam faciat, quoties nominatur in
 Epistola, & in tota Missa, præter-
 quam cum nominatur in Euāgelio,
 tunc enim caput inclinatur versus li-
 brum. Item ad nomen *Mariæ* sem-
 per caput inclinatur, sed versus librū,
 & sic fiat etiam ad nomen Papæ vi-
 uentis. Quò verò ad Sanctos, caput
 non inclinatur, quando nominatur,
 nisi quando de eis dicitur Missa; aut
 ob eorum festū occurrens, vel Octa-
 uam, sit de illis commemoratio; &
 tunc caput inclinatur, non quidem
 versus Crucem, sed versus librum;
 quæ omnia, & singula, quæ dicta
 sunt de inclinatione capitis ad no-

mina *Iesus, Mariæ, Sanctorum*, & Papæ viuentis, obseruentur in tota Missa, etiam in secretis, & Canone, nisi Sacerdos iam sit inclinatus ante Altare, quia tunc nulla fit capitis inclinatio, neque ad nomen *Iesu*. Ad dicta Sanctorum nomina caput non inclinetur, dum nominantur in Epistola, vel Euangelio per modum historiae: profundius tamen inclinandum est caput ad nomen *Iesu*, quam *Mariæ*; & minus profundè ad alia nomina, quam *Mariæ*. Si Oratio aliter concluditur *Qui tecum*, vel *Qui viuis*, iungat manus, cum dicit *In unitate*, sed caput non inclinetur, nec se conuertat ad Crucem. In Oratione *A cunctis*, (quando dicitur) caput inclinatur ad nomen *Mariæ*. Littera *N*. nomen exigit Patroni, vel Titularis Ecclesiæ, ubi celebratur; sed ad eorum nomen caput non inclinetur. In quatuor Temporibus, vel aliàs, quando dicendæ sunt plures Orationes cum Prophetijs, dicto *Kyrie elei-*
son,

son, ne
 neque
 iunctis
 ubi sta
 iunctis
 Cruci
 Oremus
 nibus
 Et vn
 sine vll
 Ministr
 dicat C
 clusion
 get Pr
 librum
 de Epi
 Gradu
 quenti
 ponat
 re, vel
 rit. In
 Adiu
 vnico
 9.
 manil

orum, &
 r in tota
 Canone,
 natus ante
 capitis in-
 Iesu. Ad
 caput non
 tur in Epi-
 nodum hi.
 inclinans
 Iesu, quàm
 ad alia
 atio aliter
 Qui viuis,
 In unita.
 , nec se
 Oratione
 ur) caput
 Littera
 vel Titula-
 r; sed ad
 nclinetur.
 vel aliàs,
 es Oratio.
 Kyrie elei-
 son,

son, non dicat *Dominus vobiscum*,
 neque osculetur Altare, sed manibus
 iunctis reuertatur ad cornu Epistolæ,
 ubi stans ante librum, extensis, ac
 iunctis ante pectus manibus, & caput
 Cruci inclinans, dicat solita voce
Oremus Flectamus genua & illicò ma-
 nibus super Altare extensis genufle-
 ctat vnico genu vsque ad terram, &
 sine vlla mora surgens, respondente
 Ministro *Leuate*, manibus extensis
 dicat Orationem, vt supra, & in con-
 clusione eas iungat. Dum autem le-
 get Prophetias, teneat manus super
 librum, vel Altare, vt mox dicetur
 de Epistola. Cùm leguntur Epistola,
 Graduale, Alleluia, Tractus, & Se-
 quentia, si dicenda sunt, Sacerdos
 ponat manus super librum, vel Alta-
 re, vel teneat librum ipsum, si placue-
 rit. In Quadragesima, cùm dicat
Adiuna Nos in Tractu, genuflectat
 vnico genu.

9. His dictis Celebrans iunctis
 manibus ante pectus progrediatur

B 3 ad

ad medium Altaris, ibique stans, eleuatisq; ad Deum oculis, & statim demissis, tum profundè inclinatus iunctis manibus ante pectus, ita vt Altare non tangant, sed extremitates digitorum situ naturali, non violento, ad faciem Celebrantis vergant, dicat secretò *Munda cor meum, & Iube Domine.* Caueat, ne dicat *Domine,* vt in Officio. In Missis Defunctorum non dicitur *Iube Domine.* Quibus dictis vadat ad librum sine alia capitis inclinatione, vel reuerentia, & versus illum stans erectus, iunctisque manibus ante pectus, ita vt extremitates digitorum non dimittantur, sed ad faciem Celebrantis, vt sæpius dictum est, tendât, firmosque, & equales pedes tenens, & corpore non directè versus Altare, sed versus cornu Evangelij conuerso, dicat *Dominus vobiscum,* & dicto à Ministro *Et cum spiritu tuo* sinistram ponat super extremitatē libri, & pollice dextro signet signo Crucis, librū ipsum super principio

capio Eu
postea e
infra pe
dextrā s
& pector
tium sã
verba, &
re, ne
Ministro
iterum n
& erectu
um: Qu
tibi Chr
rumpen
quātulus
cipium l
cis & di
Cum no
caput ve
sus Cruc
librum
gelio el
dicitur
tur oscu
gelica d

e stans, ele-
 statim de-
 inatus iun-
 ita vt Alta-
 mitates di-
 n violento,
 ergant, di-
 um, & Inbe-
 Domine,
 efuctorum
 Quibus di-
 alia capitis
 a, & versus
 tisque ma-
 extremita-
 tantur, sed
 apius di-
 & equales
 on directè
 rnu Euan-
 inus vobis-
 cum spiri-
 er extre-
 tro signet
 per prin-
 cipio

cipio Euangelij, quod est lecturus :
 postea eodem ferè tempore sinistra
 infra pectus posita, pollice manus
 dextræ se ipsum signet in fronte ore,
 & pectore dicens *Sequentia, vel Ini-*
tium sãcti Euangelij &c. terminando
 verba, & Crucis signa eodem tempo-
 re, ne gestus sit sine voce. Dicto à
 Ministro *Gloria tibi Domine* iungat
 iterum manus ante pectus, vt prius,
 & erectus legat clara voce Euangeli-
 um: Quo finito Minister dicat *Laus*
tibi Chiste, & Sacerdos eleuans pa-
 rumper librum sine Cuffino, & ali-
 quātulum se inclinās osculetur prin-
 cipium Euāgelij sine vlllo signo Cru-
 cis & dicat *Per Euangelica dicta &c.*
 Cum nominatur *Iesus* in Euangelio
 caput versus librum inclinet, nō ver-
 sus Crucem, & eodem modo versus
 librum genuflectat, quando in Euā-
 gelio est genuflectendum. Quando
 dicitur *Missa de Requiem*, mittun-
 tur osculum libri, & verba *Per Euan-*
gelica dicta, &c. Quia quando os-

culum libri omittitur, omittuntur etiam dicta verba.

10. Dicto Euangelio, stans in medio Altaris si dicendum sit *Credo*, extendens, & eleuans manus, & non caput, neque oculos, neque digitis prius tangens Altare, incipiat *Credo*. Quando dicit *In vnum Deum* iungat manus, & caput Cruci inclinet, stansque erectus manibus iunctis antepectus prosequatur Symbolū vsque ad finem. Ad verba *Iesum Christum*, & *Simul adoratur*, caput Cruci inclinet. Quando verò dicitur *Et incarnatus est* vsque ad verba *Et homo factus est* inclusive, genuflectendum est vnico genu, manibus hinc inde super Altare positis. Cū dicitur *Et vitam venturi seculi* Celebrans signet se signo Crucis manu sinistra infra pectus posita. Ad verbum *Amen* non iungat manus quia est præter Rubricam, sed illis hinc inde positis osculetur Altare. Dum legit Offertorium, stet erectus in medio Altaris manibus

bus iunctis
stet, trahat
nulloque
Altaris ad
in Missali

11. Po
discooper
luni, & di
cretarum
reposito
Pallā acci
Corporal
super velu
sic facilit
erit: mox
piat, nullo
facto, mox
tam tenēs
tamen ab
ante facie
uatis, & st
pe Sancte
completa
Patena sig
hoc est p

bus iunctis ante pectus. Si liber distet, trahat ad se prope Corporale, nulloque modo recedat à medio Altaris ad legendum, nisi ubi aliter in Missali notatur.

II. Post Offertorium, & non ante, discooperiat Calicem, & plicet Velum, & deponat prope Tabellam Secretarum in cornu Epistolæ: & mox reposito Calice extra Corporale, Pallā accipiat, & ponat prope oram Corporalis, aliquantulum eleuatam super velum, si commodè potest, ut sic facilius accipiat, quando opus erit: mox solā dextrā Patenam accipiat, nulloq. signo Crucis supra illam facto, mox ambabus manibus eleuatam tenēs vsque ad pectus paulisper tamen ab eo se iunctam, non verò ante faciem, oculisque ad Deum eleuatis, & statim demissis, dicat *Suscipe Sancte Pater, &c.* Qua Oratione completa, & non ante, formet cum Patena signum Crucis per extensum, hoc est per duas lineas, non per qua-

tuor puncta, supra Corporale, & Hostiā deponat circa medium anterioris partis ante se. Caueat autem, ne Patenā Purificatorio, vel ad Planetam abstergat, sed sine ulla extinctione aliquantulum subtus Corporale reponat à parte Epistolæ. Postea manibus ante pectus iunctis, & capite ac humeris Cruci aliquantulum inclinatis, procedat ad cornu Epistolæ, & exterso Calice deponat Purificatorium prope, vel super pedem Calicis, vel sinistra manu cum Calice ipso teneat super pedem; simulque tenens nodum Calicis, non in aere suspensi, sed repositi in plano Altaris, vinum ponat in Calicē nihil dicendo: Sed cum dicit *Deus qui humanæ substantiæ producat dextra manu signum Crucis super ampullā aquæ, & dum infundit parum aquæ in Calicem dicat Da nobis per huius aquæ, & vini mysterium, &c.*, ita ut hæ actiones non cōfundantur, sed congruo tempore cum verbis coniun-

iungantur. quem, non ampullam licem dispo-
año vino, antur; v
rificatorio
stergantur
Altaris Pa-
torio, &
verba Iesu
clinet: me
Calicem d
aus eleuet
tamē vt su
dat altitud
fit infra os
sira manu
offerat dic
&c. semper
Deum inte
ob necessari
demittend
non tollat
ambabus

iungantur. Quando Missa est de Re-
 quiem, non fit signum Crucis supra
 ampullam aquæ. Si guttæ intra Ca-
 licem dispersæ apparuerint, circum-
 acto vino, si prope adiaceant, vni-
 antur; vel si remotæ à vino sint, pu-
 rificatorio, quod decentius est, ab-
 stergantur. Regrediens ad medium
 Altaris Patenam cooperiat purifica-
 torio, & Orationem prosequens ad
 verba *Iesus Christus* caput Cruci in-
 clinet: mox accipiat manu dextra
 Calicem discoopertum, & stans ere-
 ctus eleuet eum usque ad faciem, ita
 tamē vt summitas Cuppæ non exce-
 dat altitudinem oculorum, neque
 sit infra os Sacerdotis, ac statim fini-
 stra manu pedem Calicis tenēs, eum
 offerat dicens, *Offerimus tibi Domine,*
&c. semper oculos eleuatos, & ad
 Deum intentos habens, nisi tamen
 ob necessitatem legendi Orationem
 demittendi sint, faciem tamen altius
 non tollat. Expleta Oratione faciat
 ambabus manibus signum Crucis cū

Calice supra Corporale per exten-
sum, quemadmodum dictum est su-
pra de Patena cum Hostia: sed vi-
deat, ne signet supra Hostiam: quo
facto ponat Calicem super Corpo-
rale, ipsumque in medio paulo post
Hostiam collocet, ita vt pes illius ab
Hostia non distet ultra latitudinem
duorum digitorum, paulo plus mi-
nusue.

12. Cùm dicit *In spiritu humilita-
tis, &c.* manibus iunctis super Altare
positis eo modo, quo supra dictum
est, maneat aliquantulum inclinatus:
postea erectus eleuans oculos ad Cæ-
lum, manusque expandens, easque in-
altum eleuans, ita tamen vt altitudi-
nem oris non excedant, ac statim
iungens ante pectus (quod semper
faciat, quando est aliquid benedicē-
dum) dicat *Veni Sanctificator, &c.*
Cum dicit *Deus* caput non inclinet,
& cum dicit *Et benedic, &c.* posita
manu sinistra super Altare, signet
dextrâ communiter supra Hostiam,

& Calicem,
per quatuor
neas, alter
& extensis,
quam eode
quidem m
uanto, vel
tis, sed in
per faciat,
super obla
aut Populu
linea recta
alta fiat a
deprimend
uersa ducat
rem Palli,
Calicem, &
dicta aqua
anda est a
Crucis lin
mensuram
13. A
caput Cru
dos paulo
manibus a

er exten-
um est su-
: sed vi-
iam: quo
r Corpo-
aulo post
s illius ab
tudinem
plus mi-

humilita-
per Altare
dictum
inclinatus
os ad Ce-
asque in-
t altitudi-
c statim
d semper
benedicē-
ator, &c.
inclinat,
e. posita
e, signet
Hostiam,

&

& Calicem, formando Crucem non
per quatuor puncta, sed per duas li-
neas, alteram rectam digitis iunctis,
& extensis, & alteram transuersam,
quam eodem modo efformabit, non
quidem manu transuersa cum Ga-
uanto, vel curua, aut digitis varica-
tis, sed in rectum extensa, quod sem-
per faciat, quoties Crucem formabit
super oblata, siue rem quampiam,
aut Populum benedicet. Vtraque
linea recta, & transuersa æqualiter
alta fiat à Calice ad Hostiam, non
deprimendo manum, & linea trans-
uersa ducatur prope oram antero-
rem Pallæ, quæ media esse solet inter
Calicem, & Hostiam, & vt seruetur
dicta æqualitas, prima linea incho-
anda est à medio Pallæ, nam vtraque
Crucis linea non debet excedere
mensuram palmi communis manus.

13. A medio Altaris discessurus,
caput Cruci nō inclinet, quia Sacer-
dos paulo ante fuit inclinatus, sed
manibus ante pectus iunctis accedat

ad

ad cornu Epistolæ, & ibi stans lauet manus, id est extremitates pollicis, & Indicis, non tamen labia, & os (ut aliqui ineptè faciunt) dicens Psalmū *Lauabo*, &c. Ad vers. *Gloria Patri*, quando dicitur, caput Cruci inclinetur. Non est obligatio recitandi totum Psalmū *Lauabo* in cornu Epistolæ, sed lotis, & extensis digitis, quod reliquum erit, dici potest, dum reditur ad medium Altaris, & convenientius est, ut *Gloria Patri* dicatur in medio. Reuertendo autem ad medium Altaris manus habeat iunctas ante pectus, quas sic tenens, & in medio stans erectus, oculosque ad Deum eleuans, iunctas ponat super Altare, & aliquantulum inclinatus, dicat secretò Orationem *Suscipe Sancta Trinitas*, &c. Ad nomen *Iesu* Sacerdos caput non inclinet, cum ipse Celebrans iam sit inclinatus ante Altare. Post *Orate fratres*, dum Minister dicit *Suscipiat*, Celebrans stet erectus manibus iunctis, & in fine dicat submis-

sa

sa voce. *Amen*
 cit *Suscipiat*
Suscipiat Dom
 nibus meis, &
 dat manus a
 dictum est e
 stolum, eru
 versus libru
 Oremus Ora
 Secretas iux
 in ea Missa.
 sola sinistra
 das Oratione
 da in medio
 posita super
 in aere susp
 nes dicendæ
 Per Dominu
 notatum fir
 cretò respon
 Per Dominu
 cit Iesum Ch
 conclusionem
 verba Per or
 clausuræ, stan

sa voce *Amen*; Sed si Minister nō dicat *Suscipiat*, ipsemet Celebrans dicat *Suscipiat Dominus Sacrificium de manibus meis, &c.* Dicto *Amen* extendat manus ante pectus eo modo quo dictum est de Orationibus ante Epistolam, erectusque in medio Altaris versus librum dicat absolutè sine *Oremus* Orationem, seu Orationes Secretas iuxta numerum assignatum in ea Missa. Quantum fieri potest, sola sinistra adhibeatur ad inueniendas Orationes, & alia omnia dicenda in medio Altaris, dextrâ interim positrâ super Altare, ne sola maneat in aere suspensa. Si plures Orationes dicendæ sint, prima terminatur *Per Dominum nostrum*, vel ut aliter notatum sit, ipsomet Celebrante secretò respondente *Amen*: Cum dicit *Per Dominum* iungat manus, cum dicit *Iesum Christum*, caput inclinet. In conclusione ultimæ secretæ ad illa verba *Per omnia sæcula sæculorum* exclusivè, stans erectus in medio Altaris

ris deponat super eo manus hinc inde extensas, & sine aliqua capitis inclinatione, aut oculorum eleuatione, voce intelligibili, & conuenienti dicat Præfationem. Cùm dicit *Sursum corda*, eleuet manus hinc inde extensas vsque ad pectus, sed ita vt palma vnus manus respiciat alteram, quia sic Rubrica præscribit: Cùm dicit *Gratias agamus Domino*, iungat manus: Cùm dicit *Deo nostro*, oculos eleuet, & statim Cruci caput inclinet, Dicto à Ministro *Dignum, & iustum est*, eleuet manus vsque ad humeros, & extendat more solito, vt dictum est supra ad Collectas ante Epistolā, & sic Præfationem prosequatur. Neque in Præfatione, neque in Canone, caput inclinet, quoties occurrit dicendum *Per Christum Dominum nostrum*, nisi tantum ad illud quod dicitur in fine Commemorationis pro Defunctis immediatè ante *Nobis quoque peccatoribus*. Ad nomen Iesu, & *Mariæ* caput inclinatur, etiam

in Præfatione
tota Missa,
Sacerdos ian
tare. Cùm d
ante pectus
profundè,
Altare, aut
incipit dice
erigat se, &
pectus se ita
bis *Hosanna*
& signum Cr
modo iung
debent eleu
14 Dicto
erectus in m
lum eleuet m
ad Coelum,
manus iunga
ex modo, q
profundò m
non prius, i
tar, &c. Di
petimas, po
super Altare.

in Præfatione, & in Canone, & in
tota Missa, vt iam dictum est, nisi
Sacerdos iam sit inclinatus ante Al-
tare. Cum dicit *Sāctus* iungat manus
ante pectus, & inclinet se, sed non
profundè, neque manibus tangat
Altare, aut percutiat pectus. Quādo
incipit dicere *Benedictus qui venit*,
erigat se, & signo Crucis à fronte ad
pectus se ita signet, vt completis ver-
bis *Hosanna in excelsis* compleatur
& signum Crucis. In fine verò nullo
modo iungat manus, quia statim
debent eleuari, vt mox dicetur.

14 D. cto *Hosanna in excelsis* stans
erectus in medio Altaris aliquantū
lum eleuet manus, & oculos eleuet
ad Cœlum, & sine mora demittat, ac
manus iungat, & super Altare ponat
ex modo, quo dictum est supra, seque
profundò inclinet. Sic inclinatus, &
non prius, incipiat Canonem *Te igitur*,
&c. Dictis verbis *Rogamus*, ac
petimus, positus hinc inde manibus
super Altare, illud osculetur in me-
dio;

dio; deinde erigens se, iunctisq; manibus dicat *Vti accepta habeas, & benedicas*, mox posita sinistra super Altare dexteram benedicat Oblatam, dicens *Hæc dona, &c.* Quando dicitur Oblata esse benedicenda, intelligitur Hostia, & Calix simul; & utrumque communiter eodem tempore, & eadem Cruce signatur eo modo quo dictum est supra ad *Veni Sanctificator*; deinde extendat manus ante petrus, quemadmodum dictum est supra, & sic prosequatur dicens *In primis quæ tibi, &c.* Ad nomen Papæ caput inclinet. Quando vacabit Sedes Romana, omittat nomen Papæ, de quo alias fit commemoratio in Canone; & similiter omittat nomen Episcopi, cum vacabit Sedes Episcopalis, vel cum Romæ celebrabit, aut in locu nullius Diocesis. Debet exprimi nomen Episcopi Diocesis, in qua celebratur; & si illius non recorderetur, vel illud ignoret, non debet in actu faciendæ commemorationis in-

terrogare

interrogare M
 mente recip
 sanum illo
 dicit Mem
 dicantur lec
 aliqui faciunt
 quando dicitur
 ne pro Defu
 los, sed eleue
 ad faciem, it
 gitorum non
 & sique mani
 demisso alio
 cit Rubrica,
 versus Crucem
 isdem clausis
 animi recolle
 dam mentis
 ciat comme
 Christi Fidei
 intendit, par
 ne Populus
 ueat, ne villa
 tas. Hæc e
 in Commem

interrogare Ministrum, sed sat erit
 mente recipere Episcopum Dicece-
 sanum illo non nominato. Quando
 dicit *Memento Domine* (hæc verba
 dicantur secreto, non alta voce, ut
 aliqui faciunt, quod etiam cauendum
 quando dicuntur in commemoratio-
 ne pro Defunctis) non eleuet ocu-
 los, sed eleuet, & iungat manus usque
 ad faciem, ita tamen ut summitas di-
 gitorum non excedat labia oris, iun-
 ctæque manibus paulisper quiescat,
 demisso aliquantulum capite, ut di-
 cit Rubrica, non ergo oculis eleuatis
 versus Crucem, ut multi faciunt, nec
 iisdem clausis, nisi fortè ad maiorem
 animi recollectionem, & ad auerten-
 dam mentis euagationem: & sic fa-
 ciat commemorationem viuorum
 Christi Fidelium, pro quibus orare
 intendit, paruam insumendo moram,
 ne Populus tædio afficiatur, sed ca-
 ueat, ne villas addat Orationes secre-
 tas. Hæc eadem omnia obseruabit
 in Commemoratione pro Defunctis,
 excepto

excepto quod oculos non claudet, quos in Hostiam consecratam intendet. Facta commemoratione uiuorum demittat, & extendat ut prius manus, & prosequatur dicendo, *Et omnium circumstantium, &c.* Infra actionem in Oratione *Communicantes &c.* caput inclinans ad nomen *Mariae*, non statim illud erigat, sed paulatim profundius inclinet, donec nominauerit nomen *Iesu*, quia sic gestus fit venustior, & concinnior, quam si statim bis caput inclinetur.

15. Cum dicit *Hanc igitur Oblationem* Expandat manus simul super Oblata, ita ut palmæ sint apertæ, & extensæ supra Calicem, & Hostiam, pollicibus item supra non infra manus positis, & iunctis in modum Crucis; easque sic teneat usque ad illa verba *Per Christum Dominum nostrum*, Tunc iungat manus, & prosequatur, *Quam Oblationem*. Cum dicit *Per Christum Dominum nostrum* manus non disiungat, sed solum claudat, & retrahat

trahat ante pedem
dictam, adscripta
communiter lo
cem simul, simul
per Altare posit
per nobis Corpus
mel super Host
dicit, Et sangui
Calicem tantum
per Hostiam m
decorum, sed m
retrahat ad se
Crucis cadat
eadem altitudin
seruetur, quoties
stiam separatim
brans utatur per
chiali) illa depo
le cum incipit
tequam pollices
am accipiat; &
non utatur usq
sed si cogatur il
super Corpora
H. st. a. & eleva

claudet, trahat ante pedus. Cum dicit *Bene-*
dictam, adscriptam, ratam ter signet
 in inten- communiter super Hostiam, & Cali-
 ne viuo- cem simul, sinistra interim manu su-
 ut prius per Altare posita: deinde cum dicit
 do, *Et* *Vt nobis Corpus*, separatim signet se-
 Infra mel super Hostiam tantum, & cum
 munican- dicit, *Et sanguis*, semel signet super
 nomen, Calicem tantum: Sed signando su-
 igit, sed per Hostiam manum non demittat
 t, donec deorium, sed manum aliquantulum
 quia sic retrahat ad se, ut linea transuersa
 cinnior, Crucis cadat super Hostiam seruata
 clinetur, eadem altitudine: quod semper ob-
 Oblatio. feruetur, quoties signatur super Ho-
 ul super stiam separatim à Calice. Si Cele-
 bertæ, & brans utatur perspicilijs (vulgo oc-
 Hostiam, chiali) illa deponat extra Corpora-
 infra ma- le cum incipit dicere *Qui pridie*, an-
 um Cru- tequam pollices ex ergat, & Hosti-
 ad illa, am accipiat; & si fieri potest, illis
 m nostrū, equatur, non utatur usque ad Communionē;
 licit Per sed si cogatur illis uti, nunquam ea
 nus non super Corporale deponat. Acceptā
 at, & re- Hostiā, & eleuatis ad Cælum oculis,
 trahat sta-

statimque demissis, dicat simultaneè, & eodem tempore *Et eleuatis oculis in Cælum ad te Deum Patrem suum, Omnipotentem* : quando dicit *Tibi gratias agens*, eodem tempore caput Cruci aliquantulum inclinet. Sacerdos in consecrando Hostiam caueat, ne pedem dextrum retrahat, vel ultra sinistrum deflectat, aut calcaneum eleuet more laicorum reuerentiæ causa, sed retentis æqualiter pedibus in suppedaneo Altaris stet erectus, non curuus, solo capite inclinatus, vt respiciat Hostiam: quod tunc commodè, & iuxta sensum Rubricæ quæ ait *Stans capite inclinato*, perficitur, quando cubiti, non manus ponuntur super Altare. Caueat item in proferendo verba Consecrationis Hostiæ, & Calicis, à nimia oris hiatione, & ne caput demittat ad singula quæque verba (vt quidam ineptè faciunt) sed caput firmum sit, & sine motu. Proferat attentè, continuè, & secretè, non voce eleuata (vt ali-

qui

qui faciunt. Hoc est enim etiam in Consecratione præterea cauere, ne illam, aut Consecratam cubitos ab manus cum indices super vt commodè gere possit: manus Hostiarum tantummodo Altare omni fier, si manuum chio iungunt oræ incubue consecrata h extra Altare nunquam de aliquos digitos, & pollicem se tamen genuflex

ltaneè, qui faciunt.) verba consecrationis
 Hoc est enim, &c., quod obseruet
 etiam in Consecratione Calicis. Sit
 præterea cautus, ne Hostiam ori ad-
 moueat, ne illam madesfaciat, vel ne
 illam, aut Calicem tangat barbâ.
 Consecratâ Hostiâ statim remoueat
 cubitos ab Altari, ponatque ambas
 manus cum Hostia inter pollices, &
 indices super extremitatem Altaris,
 vt commodè, & genuflectere, & sur-
 gere possit: veruntamen caueat, ne
 manus Hostiam tenentes Altaris oræ
 tantummodò hæreant, sed vt super
 Altare omninò sint, quod commodè
 fiet, si manuum, pars intima, quâ bra-
 chio iunguntur, ac nodantur, Altaris
 oræ incubuerit: quia cum Hostia
 consecrata habetur præ manibus, ex
 extra Altare, vel extra Corporale,
 nunquam deferendæ sunt. Teneat re-
 liquos digitos extensos, & simul iun-
 ctos, & pollices vtriusque manus in-
 vicem se tângant, factaq; genu dex-
 tro genuflexione vsque ad terram,
 Hostiam

Hostiam adoret; sed cāueāt, ne in genuflexione adeò caput inclinet vt Hostia populo adstanti appareat, quod omninò euitandum est: deinde se erigat, & erectus eleuet perpendiculariter per lineā rectā in altum Hostiam, vt tota appareat Populo, quam breui morula eleuatam teneat, oculosque in eam semper intentos habeat. Caueat præterea, ne caput Hostiæ eleuatæ submittat, seu illam supra caput reclinet, vel in vtramque partem conuertat, aut Crucem formet in aere cum ea, sed illā perpendiculariter demissā, cum fuerit prope Corporale, sola manu dextra Hostiam reuerenter reponat in eodē loco, vbi posita erat ante Consecrationem. Celebrans post Consecrationem vsque ad abluitionem digitorū post Communionem non disiungat pollices, & indices, nisi quando Hostiam consecratā tangere, vel tractare debet; & quoties interea genuflectet, vel osculabitur Altare, manus hinc

hinc ind
ponat:
adeò pa
rire tota
stantia r
Corpora
tum mor
Altare,
tingant,
incommo
brachium
Adorato
discoope
gat pollic
non ad la
caueatur
digiti ex
Pallam s
lum incli
ficatorio
modè fa
re valeat
ties illan
cat Simili
cipiens, e

hinc inde intra Corporale semper
ponat : verum si Corporale esset
adeo paruum, ut non posset coope-
rire totam Aram, & esset aliqua di-
stantia notabilis ab ora Altaris ad
Corporale, tunc satis erit iuxta soli-
tum moraliter ponere manus super
Altare, licet ad Corporale non per-
tingant, quia indecorum, & valde
incommodum videretur eo usque
brachium intromittere super Altare.
Adorato Sacramento surgat, Calicē
discooperiat, & ad cautelam exter-
gat pollices, & indices supra illum,
non ad labium Calicis, quod semper
caueatur in tota Missa, quādocumq;
digiti extergendi sunt supra Calicē.
Pallam super Corporale aliquantu-
lum inclinatam super velo, vel puri-
ficatorio, decenter reponat, ut com-
modè facileque postea illam accipe-
re valeat, quod semper faciet, quo-
ties illam deponet. Stans erectus di-
cat *Simili modo, &c.* & cum dicit *Ac-
cipiens, & hunc, &c.* ambabus ma-

nibus accipiat Calicem, dextrâ scilicet infra Cuppam supra nodum, & sinistrâ infra nodum, & aliquantulum illum eleuet à Corporali, ac statim deponat. Cum dicit, *Item tibi gratias agens*, caput inclinet. Calicem postea consecraturus ambabus manibus illum accipiat, videlicet dextrâ nodum infra Cuppam, eleuatulum aliquantulum à Corporali; & sinistrâ pedem, cubitis super Altare positis, capite inclinato; & stans pedibus paribus, iunctisque, & sine motu, proferat verba Consecrationis *Hic est enim Calix, &c.* eo modo quo dictum est supra de consecratione Hostiæ; & omninò abstineat à curuatione Calicis versus faciem, neque Cuppam. Calicis ori admoueat, ut vinum cōsecrandum in eo videat, quia satis est materiam esse præsentem, imò & indecens est intra Cuppam Calicis verba quasi immittere cum aliquo hiatu. Caueat Sacerdos, ne Calicem deponat, vel se erigat, aut genuflectat,

at, n
remissio
pletis &
super C
quoties
eleuet C
flectit:
uaturus
tra man
pedem,
exremi
pollice,
& cæteri
tenendo
& non ce
perpendi
non capi
la eleuat
in eum d
tota Cup
pulo app
si propter
excedat a
brantis, q
non debet

trā scili-
dum, &
uātulum
statim
tibi gra-
Calicem
bus ma-
cet dex-
leuatum
& sinistra
e positis,
dibus pa-
tu, profe-
c est enim
& tum est
stia; &
one Cali-
Cuppam
vinum
quia satis
n, imò &
n Calicis
n aliquo
calicem
genusle-
&at,

&at, nisi prolatis prius verbis *In remissionem peccatorum*: Quibus com-
pletis & non ante, reponat Calicem
super Corporale, & dicat verba *Hæc*
quotiescumque feceritis &c. antequā
eleuet Calicem, nempe dum genu-
flectit: Tum se erigens Calicem ele-
uaturus, nodum infra Cuppam dex-
tra manu accipiat, & manu sinistra
pedem, nequaquam tangendo illum
exremitate solū digitorum, sed
pollice, & indice iūctis supra pedem,
& cæteris digitis extensis sub pedem
tenendo. Eleuetur Calix paulatim,
& non celeriter, per lineam rectam
perpendiculariter, ita vt Corporali,
non capiti immineat, breuiq; moru-
la eleuatus teneatur, oculis semper
in eum defixis. Eleuatio talis sit, vt
tota Cuppa Calicis tantūmodo Po-
pulo appareat, quod commodè fiet,
si propterea pes eius vix, aut parum,
excedat altitudinem oculorum Cele-
brantis, quia stipes, seu tibia Calicis
non debet Populo apparere, sed to-

ta Cuppa duntaxat. Non admoueat pedem Calicis fronti, neque illum osculetur; sed caueat in illius elevatione, & depositione, ne extremitates Manipuli Hostiam tangant. In elevatione Hostiæ, & Calicis non sunt dicendæ Orationes iaculatoriæ, quia non sunt addenda in Missa, quæ non præscribuntur in Missali, præsertim in Canone: sed satis est mentem eleuatam in Deum habere, nam oportet, ut intendat Sacerdos, & attendat, quod agit.

16 Reposito, & adorato Calice, Sacerdos stans erectus extensis manibus ante pectus eo modo, quo dictum est supra, seceret dicat *Vnde, & memores Domine, &c.*, & nullo pacto hæc verba incipiat, nisi post genuflexionem. Quando dicit *De tuis donis ac datis*, iungat manus ante pectus: & quando signat supra Oblata dicendo *Hostiam puram, &c.* manum sinistram ponat super Altare intra Corporale, quod semper faciet,

ciet. quoties si
post Consecra
cet *Supplex* t
de inclinatus
Altare ponat
per Corporal
te digitorum
frontem Altar
num inter Al
quidem pollic
in modum Cru
pollicibus, & in
Sacerdos se ip
ba *Omni ben*
interim posita
ne pollex, & ind
tum tetigit, tam
cauebit in tota
tos abluere p
Cum dicit *Per*
gat manus. Du
Domine, &c. ex
lico iungat ante
faciem, ita tam
gitorum oris al

admoue-
que illum
ius eleua-
extremita-
gant. In
cis non
ulatoriæ,
Missa, quæ
ali, præ-
est men-
bere, nam
dos, & at.

Calice,
entis ma-
o, quo di-
at *Vnde*,
nullo pa-
nisi post
dicit *De*
manus an-
at supra
ram, &c.
per Alta-
imper fa-
ciet,

ciet, quoties signabit super Oblata,
post Consecrationem. Quando di-
cet *Supplices te rogamus, &c.* profun-
dè inclinatus manus iunctis super
Altare ponat, non quidem totas su-
per Corporale, sed ita ut extremita-
te digitorum paruorum duntaxat
frontem Altaris tangat, residuo ma-
nuum inter Altare, & se retento, non
quidem pollice dextro super sinistro
in modum Crucis posito, sed iunctis
pollicibus, & indicibus inter se. Cum
Sacerdos se ipsum signat ad illa ver-
ba *Omni benedictione Cælesti* sinistra
interim posita infra pectus, videat,
ne pollex, & index, quibus Sacramen-
tum tetigit, tangant Planetam, quod
cauebit in tota Missa, quousque digi-
tos abluerit post Communionem.
Cum dicit *Per eundem Christum*, iun-
gat manus. Dicens *Memento etiam*
Domine &c. extendat manus, & il-
licò iungat ante pectus, & vsque ad
faciem, ita tamen ut summitates di-
gitorum oris altitudinem non exce-

dant. Oculos in altum non eleuet, neque digitis tangat Altare; sed oculis semper intentis in Sacramentum post verba illa *In somno pacis* quiescat aliquantulum, & faciat commemorationem Defunctorum; sed caueat, ne sit valde morosus, & tædio adstantibus. Cùm dicit *Per eundem Christum Dominum nostrum*, iungat manus, & hac vice caput inclinet: deinde statim se erigens, ac dicens *Nobis quoque peccatoribus* caput non inclinet, sed posita manu sinistra super Corporale, dextrâ sibi pectus leniter percutiat, & tribus tantùm digitis, videlicet inferioribus, & vltimis quod item faciat ad *Agnus Dei*, & ad *Domine non sum dignus*, ne pollex, & index iuncti tangant Planetam.

17. Dictis verbis *Sanctificas, viuificas, benedicis, & præstas nobis*, factisque consuetis Cæremonijs à Rubrica præscriptis in prolatione dictorum verborum, dextrâ discooperiat Calicem, genuflectat, & erectus reuerenter

reuerenter
pollice
à parte
infra m
quem t
nistra,
ter à la
cat cum
do Per
quæ Ho
ne frag
infra Cu
ait enim
infra, a
signet b
non in p
sed incip
Calicis,
Patri On
Sancti, t
Hostia
per imm
tis dext
tiore, qu
ac tener

reuerenter Hostiam accipiat inter pollicem, & indicem, non omninò à parte inferiori, sed aliquantulum infra mediū, eamque super Calicem, quem teneat circa nodum manu sinistra, per rectam lineam portet, ac ter à labio ad labium Calicis producat cum Hostia signum Crucis, dicendo *Per ipsum, & cum ipso, &c.*, nequæ Hostiâ tangat labium Calicis, ne fragmenta inde fiant, aut intus infra Cuppam Hostiam intromittat, ait enim Rubrica *Supra Calicem*, non infra, aut intra: mox eadem Hostiâ signet bis intra pectus, & Calicem, non in plano infra Cuppam Calicis, sed incipiendo à labio ipso anteriore Calicis, & dicto simul *Est tibi Deo Patri Omnipotenti in vnitae Spiritus Sancti*, tunc reducat dexteram cum Hostia supra Calicem sinistra semper immota tenente nodum, & digitis dextræ manus eo modo decentiore, quo potest, Cuppam præmens, ac tenens, eleuet aliquantulum (non

ultra quatuor digitos) Calicem cum
 Hostia dicens *Omnis honor, & Gloria,*
 ac statim utrumque deponat, Cali-
 cem prius, mox Hostiam, suis locis
 proprijs supra Corporale, & digitos,
 quibus Sacramentum tetigit, exter-
 gat non ad labium Calicis, sed supra
 Calicem: deinde cooperto Calice,
 & facta genuflexione, erectus ponat
 manus extensas hinc inde super Al-
 tare intra Corporale, & voce intelli-
 gibili dicat *Per omnia secula seculo-
 rum:* quando dicit *Oremus,* iungat
 manus, & caput Sacramento, non
 Cruci, inclinet: Quando dicit *Pater
 noster,* extendat manus, & erectus te-
 neat ad altitudinem humerorum, ut
 dictum est saepius: & oculos ad Sa-
 cramentum intentos habens profe-
 quatur usque ad finem. Responso à
 Ministro *Sed libera nos à malo,* & à
 Celebrante dicto submissa voce *Amen,*
 manu dextra retrahat aliquantulum
 Purificatorium à Patena, ipsamque
 dicto *Amen* & non ante, medioque
 digi-

digito Pa-
 retrahat
 eam in pla-
 ficatorio lo-
 tra intere-
 fita, vel
 premente
 dextrâ cu-
 tur, non en-
 ad extergen-
 habenda sit
 ne effluat
 adhibenda
 tra eadem te-
 am, vel ne Ma-
 gat. Exterius
 patet inter indi-
 tos, & eam te-
 neat, ita ut ta-
 extra Corpe-
 Patenam non
 sit eleuata d-
 ficatorium p-
 relinquitur ab
 quantulum

em cum
 Gloria,
 nat, Cali-
 suis locis
 digitos,
 it, exter-
 ed supra
 Calice,
 us ponat
 super Al-
 e intelli-
 la seculo-
 s, iungat
 ro, non
 icit Pater
 rectas te-
 rorum, vt
 os ad Sa-
 ns profe-
 sponso a
 alo, & a
 oce Amē,
 quantulum
 osamque
 medioque
 digi-

digito Patenæ concauo applicato,
 retrahat penitus à Corporali, & ibi
 eam in plano Altaris iacentem puri-
 ficatorio leniter extergat, manu fini-
 stra interea vel super Corporale po-
 sita, vel si opus fuerit, immotam
 premente Patenam, ne effluat, dum
 dexterâ cum Purificatorio extergi-
 tur, non enim sinistra est adhibenda
 ad extergendam Patenam; sed si ad-
 hibenda sit ad sistendam Patenam,
 ne effluat dum dextera extergitur,
 adhibenda est circumspèctio, ne fini-
 stra eadem transferatur super Hosti-
 am, vel ne Manipulum Hostiam tan-
 gat. Extersam Patenam illicò acci-
 piat inter indicem, & medium digi-
 tos, & eam erectam super Altare te-
 neat, ita vt tangat Mappam Altaris
 extra Corporale, & manus tenens
 Patenam non adhæreat Mappæ, sed
 sit eleuata desuper Patenam. Puri-
 ficatorium post extersam Patenam
 relinquitur ibi à parte Epistolæ ali-
 quantulum remotum à Corporali,

ita vt inter ipsum, & Corporale collocari possit Calix post ablutionem digitorum. Patenam dextrâ sic erectam tenens, ac sinistrâ super Altare intra Corporale posita secreto dicat *Libera nos quæsumus, &c.*

18. Antequam Celebrans dicat *Da propitius pacem*, eleuet Patenam de Altari, & cum ea se ipsum signet à fronte ad pectus signo Crucis, dicens *Da propitius pacem in diebus nostris.* Quando se signat, ponat sinistram infra pectus, ita tamen ne pollex, & index Planetam tangant. Facto signo Crucis osculetur Patenam, non à tergo, siue in puncto apicis, sed moraliter in parte superiore, & anteriore, vbi non sit accepturus Hostiam. Caueat, ne post osculum Patenæ eam iterum abstergat, vt aliqui ineptè faciunt, illam Purificatorio, vel Planetæ admouendo. Post osculum Patenæ, & non ante, dicat *Vt ope misericordiæ tuæ adiuti, &c.* Iterum hæc dicens submittat Patenam Hostiæ,

Hostiæ, &
commo
reclinabit
tatem, pe
modius c
si qua esse
Patenæ a
perior po
concauum
periorum,
sit. Cum
in medio a
piat, & d
tem, ille o
& sic indice
nus reuerent
medium in
cipiendo a
Hostiæ, &
eiusdem Dom
stam. Ad no
inclinat, qu
ties Sacram
bus: Cum e
super Patenam

orale col-
lutionem
â sic ere-
r Altare
etò dicat

s dicat Da
nam de
signet â
is, dicens
us nostris.
sinistram
pollex, &
cto signo
, non
piciis, sed
ore, & an-
turus Ho-
culum Pa-
, vt aliqui
ificatorio,
Post oscu-
, dicat *Vt*
&c. Intē:
Patenam
Hostiæ,

Hostiæ, eamque indice sinistro ac-
commodet super Patenam, quam
reclinabit decenter super extremi-
tatem, pedis Calicis, vt postea com-
modiùs capiatur, & ne fragmenta,
si qua essent super Corporali, tergo
Patenæ adhæreant. Hostiæ pars su-
perior ponenda est paululum extra,
concauum Patenæ versus oram su-
periore, vt commodiùs accipi pos-
sit. Cùm Hostiam accipiet, illam
in medio â parte manus dexteræ ca-
piat, & decenter portet super Cali-
cem, illicò adiungens, & sinistram,
& sic indice, & pollice vt iusque ma-
nus reuerenter frangat Hostiam per
medium in duas partes æquales, in-
cipiendo â parte superiore ipsius
Hostiæ; & dum frangit, dicat *Per*
eundem Dominum nostrū Iesum Chri-
stum. Ad nomen *Iesum* caput hñc non
inclinat, quod semper obseruet, quo-
ties Sacramentum tenet præ mani-
bus: Cùm dicit *Filium tuum*, ponat
super Patenam illam mediam par-

rem, quam tenet in dextera manus:
 mox pollice, & indice dextro super
 os Calicis frangat particulā à parte
 inferiore, & non superiore, de illa
 media Hostia, quam manu sinistra
 tenet. Dum frangit, dicat *Qui tecum*
viuit, & regnat: cum dicit In
unitate Spiritus Sancti Deus, sinistra
 ponat partem Hostiæ, quam tenet,
 super patenam, & alteri dimidiæ
 parti adiungat: mox sinistra intra
 indicem, & medios digitos accipiat
 nodum Calicis, cumq; fixum retineat
 pollice, & indice non disjunctis: dex-
 tera vero tenens particulam Hostiæ
 supra Calicem dicat voce intelli-
 gibili *Per omnia secula seculorum*. Res-
 pondo *Amen*, dicat *Pax Domini sit*
semper vobiscum, & hæc dicens si-
 gnet cum eadem particula ter à la-
 bio ad labium Calicis, sed non tan-
 gat Calicem. Responso autem à Mi-
 nistro *Et cum spiritu tuo*, immittat in
 Calicem particulam dicens *Hæc cō-*
mixtio, &c. Finita hæc Oratione,

& non ante,
 usque manu
 super Calicem
 labium Cal
 & facta ge
 clinatus ita
 pectus & n
 Agnus Dei
 Miserere nob
 Altare in m
 poralis, q
 gendæ sunt
 sibi pectus
 dicit Agnus
 vice, dexte
 immoretur
 ueatur ad p
 dixerit sec
 tertio Dom
 manus est
 neque iun
 prius Dom
 rò de Regi
 ad Agnus
 beat ante

ra manu:
extro super
alā à parte
de illa
u sinistra
Qui tecum
dicit In
sinistra
am tener,
ri dimidia
ra intra
os accipiat
in retineat
ctis: dex.
am Hostiæ
e intelli-
orum. Ref.
e Domini sit
dicens si-
la ter à la-
d non tan-
atem à Mi-
mittat in
s Hæc cō-
Oratione,
&

& non ante, pollices, & indices viri-
usque manus aliquantulum extergat
super Calicem, nunquam tamen ad
labium Calicis. Cooperto Calice,
& facta genuflexione, surgat, & in-
clinatus stans iunctis manibus ante
pectus & non super Altare, dicat
Agnus Dei qui tollis, &c. Cum dicit
Miserere nobis, sinistram ponat super
Altare in medio, non à latere Cor-
poralis, quia postmodum ibi iun-
gendæ sunt manus, & manu dextera
sibi pectus leniter percutiat, & Cum
dicit *Agnus Dei* secunda, & tertia
vice, dextera pectori aliquantulum
immoretur, mox decenti mortu mo-
ueatur ad percutiendum pectus, cum
dixerit secundò *Miserere nobis*, &
tertiò *Dona nobis pacem*, quia neque
manus est in aere suspensa tenenda,
neque iungenda sinistræ, nisi dicto
prius *Dona nobis pacem*. In Missis ve-
rò de Requiem non percutiat pectus
ad *Agnus Dei*, sed iunctas manus ha-
beat ante pectus, non super Altare.

19. Dicto

19 Dicitur *Dona nobis pacem*, vel si
 Missa est de Requiem, *Dona eis requi-*
em sempiternam, iungat statim ma-
 nus super Altare eo modo, quo di-
 ctum est supra ad *Supplices te roga-*
mus, & inclinatus dicat sequentes
 Orationes: quibus dictis genuflestat,
 & dum se erigit, dicat secreto *Panem*
caelestem accipiam, &c. Dicens *Domine*
non sum dignus, non faciat aliquam
 reuerentiam, nec pedem retrahat,
 vel incuruet, aut calcaneum erigat;
 neque brachio, aut cubito Altari in-
 cumbat; vel se ad latus intorqueat,
 vt Hostia à Populo videatur, quæ
 omnia cauebit: sed æquali situ vtro-
 que pede in plano consistens, parum
 inclinatus sinistram cum Patena in
 aëre sustineat, ita tamen vt altitudi-
 nem nodi Calicis non excedat: Dex-
 tera tribus vicibus percutiat sibi le-
 niter pectus, dicens interim ter, *Do-*
mine non sum dignus. Percussio pecto-
 re non amoueat illicò manum dex-
 teram, ne in aëre suspensa remane-
 at;

at: sed aliqui
 teneat, don-
 ite: cum dicit
 dignus, & p-
 erectus, sup-
 se ipsum sig-
 vt Patena n-
 nequaquam
 tenet, neque
 Celebrantis
 Corpus Domi-
 &c. In vtraque
 Hostia, & Ca-
 put non incli-
 brans Sacram-
 net, vel se sig-
 inclinare. D-
 animam mea
 Amen, mox
 reuerentia c-
 sed æqualibus
 bitos super A-
 Consecration-
 nensque man-
 aliqua reuerē-

acem, vel si
 a eis requi-
 statim ma-
 o, quo di-
 ces te roga-
 t sequentes
 genuflectat,
 rō Panem
 ens Domine
 at aliquam
 retrahat,
 um erigat
 o Altari in-
 intorqueat,
 eatur, qua
 li sit utros-
 ens, parum
 Patena in-
 ut altitudi-
 edat: Dex-
 iat sibi le-
 m ter, Do-
 ssio pecto-
 anum dex-
 a remane-
 at;

at; sed aliquantulum pectori innixā
 teneat, donec secunda, & tertia vice
 iterum dicturus est *Domine non sum*
dignus, & percussurus pectus: postea
 erectus, supra Patenam cum Hostia
 se ipsum signet signo Crucis, sed ita
 ut Patena non moueatur, & Hostia
 nequaquam egrediatur limites Pa-
 tenæ, neque ita eleuetur, ut oculos
 Celebrantis superet, & interim dicat
Corpus Domini Nostri Iesu CHRISTI,
&c. In utraque sumptione, videlicet
 Hostiæ, & Calicis, ad nomen *Iesu* ca-
 put non inclinēt, quia quando Cele-
 brans Sacramenti præ manibus te-
 net, vel se signat, non debet caput
 inclinare. Dictis verbis *Custodiat*
animam meam in vitam æternam,
Amen, mox se inclinēt, & caueat, ne
 reuerentiæ causa poplitem curuet,
 sed æqualibus pedibus consistens cu-
 bitos super Altare ponat, sicut in
 Consecratione dictum est; suppo-
 nensque manu sinistra Patenam, sine
 aliqua reuerētia, vel poplitis flexio-
 ne,

ne, sumat reuerenter ambas partes Hostiæ. Sumpta Hostia deponat Patenam super Corporale, ita tamen vt extremitas Patenæ sustentetur ab ipso Calicis pede, vt ante *Domine non sum dignus*: & erigens se iunctis pollicibus, & indicibus, manus quoque iungat ante faciem, ita tamen vt os non superent, & aliquantulum quiescat in meditatione Sanctiss. Sacramenti, sed non diu, ne Populo tædio sit. Cùm parùm quieuerit, deponat manus, & secretò dicens *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi*, Calicem discooperiat, & deinde genuflectat surgat, stansque erectus patenam dextra accipiat, inspiciat Corporale, & cùm ea colligat diligenter fragmenta, si qua sunt: deinde manu sinistra accipiat Patenam, non in ea parte, quæ colligit fragmenta, sed prope dextram: & delatam super Calicem non erectam, sed planam, ne dum deferatur, fragmenta extra Calicem decendant,

dant, admo-
tem, quæ si-
lice, & ind-
non autem
tergat, &
mittat; &
Calicem e-
torum in
de manu
transmitta-
licem pulle-
reuoluar.

20 Extre-
dextra infra-
cipiat, quia
erit, quæ
piat: & sinist-
in aere su-
aliquantulu-
cat Calicem
Postea signi-
Calice, dic-
etc. Quo-
do, & non
ponat, & it-

bas partes
ponat Pa-
a tamen ut
etur ab ip-
omine non
ancus pol-
s quoque
amen ut os
lum quies-
fs. Sacra-
pulo tædio
deponat
Quid retri-
quæ retri-
operiat, &
t, stansque
accipiat,
m ea col-
a, si qua
accipiat
e, quæ col-
ope dexte-
cem non
lum defer-
icem deci-
dant,

dant, admoueāt ori Calicis eam par-
tem, quæ fragmenta collegit, & pol-
lice, & indice manus dextræ tantum,
non autem, & sinistræ, Patenam ex-
tergat, & fragmenta in Calicem de-
mittat; & postea ipsos digitos supra
Calicem extergat, ne quid fragmen-
torum in ipsis remaneat. Patenam
de manu sinistra in dextram non
transmittat, & caueat, ne Patenâ Ca-
licem pulset, neque eam super ipsum
reuoluat.

20 Exterfa Patena Calicem manu
dextra infra Cuppam ad nodum ac-
cipiat, quia tutius, & commodius
erit, quàm si illum infra nodum ca-
piat: & sinistra Patenam tenens, non
in acre suspensam, sed reclinatam
aliquantulum super Corporale, di-
cat *Calicem salutaris accipiam, &c.*
Postea signet se signo Crucis cum
Calice, dicens *Sanguis Domini nostri,*
&c. Quo dicto, & signo Crucis fa-
cto, & non ante, Patenam Calici sup-
ponat, & stans erectus, pedibus pa-
riter

riter firmis, & æqualibus, sine alio signo reuerentiæ sumat reuerenter totum Sanguinem vnico haustu, si commodè potest sine periculo effusionis, vel tussis, aliter duobus, vel ad summum tribus haustibus: sed laudabilius esset Calicem ab ore non remouere. Curet autem, vt cum Sanguine hauriat, & absumat etiam particulam Hostiæ intra Calicem immixtam: sed si intra Calicem remanserit, sumenda est cum prima Purificatione vini, quod decentius videtur, quàm vt digito attrahatur ad labium Calicis. Si Hostiæ aliqua pars dentibus, vel palato adhæserit, lingua, non digito inde reuellatur: quod si nullo modo possit, non est diu immorandum cum admiratione adstantium, sed Sanguis sumendus est, & cum ablutionibus Hostia trahatur.

21. Sumpto Sanguine secretò dicat, *Quod ore sumpsimus Domine, &c.* & sinistra tenens Patenam ad Pectus, dextra

dextra port
Epistolæ Cal
aëre eleuatur
missum, nisi N
lus, vt minim
nistrare, quia
se Ministro a
rificatione C
piat, quantu
tum, aut salu
gat, vt species
vnico haustu
per eandem pa
Sanguis haustu
monitione, & P
Patenam super C
dium a parte Eu
que Palla eam c
accedat ad ab
faciat reuerent
manibus iunct
aliquantulum i
tem, ne labia d
digitis detergi
digitos lambat

, sine alio
reuerenter
haustu, si
iculo effu-
uobus, vel
tibus; sed
m ab ore
em, vt cum
mat etiam
a Calicem
allicem re-
m prima
decentius
attrahatur
tix aliqua
adhæserit,
reuellatur:
, non est
lmiratione
sumendus
ostia trai-
secretò di-
mine, &c.
ad Pectus,
dextra

dextera porrigat Ministro in cornu
Epistolæ Calicem supra Altare in
aëre eleuatum, non extra Altare de-
missum, nisi Minister sit staturâ pusil-
lus, vt minimè valeat commodè mi-
nistrare, quia tunc Celebrans debet
se Ministro accommodare. Pro pu-
rificatione Calicis tantum vini acci-
piat, quantum fuerat præconsecra-
tum, aut saltem Calicem circuma-
gat, vt species absumentur; deinde
vnico haustu sumat purificationem
per eandem partem Calicis, per quā
Sanguis haustus est, ex S. Pij V. ad-
monitione, & Purificatione sumpta
Patenam super Corporale ultra me-
dium à parte Euangelij deponat, ne-
que Palla eam cooperiat. Antequam
accedat ad ablutionem digitorum,
faciat reuerentiam Cruci, & quidem
manibus iunctis, capiteq; & humeris
aliquantulum inclinatis. Caueat au-
tem, ne labia Calicis, aut os suum
digitis detergat, nec Calicem, aut
digitos lamhat; sed accepto ambu-
bus

bus manibus Calice, supra ipsum teneat indices, & pollices, cæteris verò digitis deforis sustineat Cuppam, & sic cum Calice vadat ad cornu Epistolæ, illumque tenens supra, non extra Altare, in aëre eleuatum, vt paulo ante dictum est de vino pro purificatione sumendo, abluat pollices, & indices supra Calice vino, & aqua, & si fortè alijs digitis tetigerit Hostiam consecratam, abluat pariter, & illos. Post ablutionem digitorum deferat aliquantulum Calicem versus Corporale, neque retrahat à Calice digitos ablutos, ne commaculent Altare, sed posito Calice extra Corporale prope Purificatorium, prius dexteram amoueatur à Calice, & sumpto Purificatorio amoueatur, & sinistram, cui statim supponatur Purificatorium, quo digitos diligenter extergat in medio Altaris, factâ Cruci reuerentiâ, videlicet capite, & humeris aliquantulum inclinatis. Dum digitos Purificatorio

extergit, dicat
 etc. Extensis
 Purificatorio
 Calicem summa
 dem partem d
 ad summatione
 quidem vino
 uet enim ad
 Calicem ori to
 & vt aliqui fac
 penitus reuola
 posita in patena
 purificatorio
 terगतos, & Cal
 deposito Calice
 purificatorium
 te Missam, sed
 plicatum tantu
 rur ab humilita
 licet extensis con
 desuper Patena
 illam sinistra, h
 mox collocato
 rale à parte Evan
 tem Epistolæ, p

ipsum te.
teris verò
Cupam,
ad cornu
ora, non
atum, vt
vino pro
bluat pol-
ce vino, &
icis tetege-
abluat pa-
ionem di-
ulum Cali-
que retra-
os, ne com-
ito Calice
urificatori-
ueat à Ca-
torio amo-
tim suppo-
digitos di-
lio Altaris,
idelicet ca-
ulum incli-
urificatorio

ex.

extergit, dicat *Corpus tuum Domine,*
&c. Exterfis digitis teneat sinistra
Purificatorium, & dextra accipiens
Calicem sumat ablutionem per ean-
dem partem de qua dictum est supra
ad sumptionē purificationis: Quod
quidem vnico haustu perficiat, mo-
uet enim adstantibus stomachum
Calicem ori tories admouere, sugere,
& vt aliqui faciunt, sursum deorsum
penitus reuoluere, vt toto ore sup-
positam patenam respiciat. Postea
purificatorio, quod manu tenet, ex-
tergat os, & Calicem, hisque peractis
deposito Calice super illum extendat
purificatorium non plicatum, vt an-
te Missam, sed explicatum, vel semi-
plicatum tantum, vt citius exsicce-
tur ab humiditate ex digitis, & Ca-
lice exterfis contracta: deinde ponat
desuper Patenam, & Pallam simul,
illam sinistra, hanc dextra manu; &
mox collocato Calice extra Corpo-
rale à parte Euangelij, & non ad par-
tem Epistolæ, plicet Corporale, &

sic

fic plicatum relinquat in medio Altaris, donec accepto Velo ambabus manibus expandat illud super Calicem, eodemque motu manu dextra accipiat bursam in cornu Evangelij, & intus reponat Corporale, mox bursam desuper ponat, ita vt pars aperta Sacerdotem respiciat, & reuoluto desuper velo in anteriore parte, ponat Calicem ita compositum in medio Altaris, vbi collocauerat in principio Missæ. In primis duabus Missis diei Natalis Domini, quando sequenter dicit illas simul, & pariter quando post Missam communicandi sunt Laici, non plicatur Corporale, & Calix tegitur velo a parte anteriore, vt in principio Missæ.

22 Collocato vt supra Calice, Sacerdos iunctis manibus caput, & humeros Cruci aliquantulum inclinetti: mox accedat ad librum, & iunctis pariter manibus legat Antiphonam, quæ dicitur Communio; quâ lectâ
ma;

manibus
mediam
iuxta for
& dicat
per eand
redeat a
que, ac
inclinans
Postea ex
& erectis
eiusdem m
vt supra d
Epistolam
nem dicto
& non ante
dextra, ita
respiciat C
dragesimæ
Orationem
sione stans
mus. Hum
debet capu
cem more
bus, iunga
uertatur ad

dio Al.
 mbabus
 er Cali.
 dextra
 uangelij,
 e, mox
 ut pars
 at, & re.
 teriore
 compo-
 colloca-
 n primis
 Domini,
 as simul,
 am com-
 plicatur
 ur velo d
 cipio Mis-
 Calice, Sa-
 put, & hu-
 n inclinett
 & iunctis
 iphonam,
 quâ lectâ
 ma;

manibus vt supra iunctis vadat ad
 medium Altaris, illud osculetur, &
 iuxta solitum vertat se ad Populum,
 & dicat *Dominus vobiscum*, & statim
 per eandem viam manibus iunctis
 redeat ad librum, vbi stans extensis-
 que, ac iunctis manibus, caputque
 inclinans ad Crucem, dicat *Oremus*.
 Postea extensis denuo ante pectus,
 & erectis manibus legat Orationes
 eiusdem modo, numero, & ordine,
 vt supra dictum est de Collectis ante
 Epistolam. Post vltimam Oratio-
 nem dicto *Per omnia secula seculorū*,
 & non ante, claudat librum, manu
 dextra, ita vt ea pars quæ aperitur
 respiciat Calicem. Tempore Qua-
 dragessimæ, quando post vltimam
 Orationem cum sua solita conclu-
 sione stans ante Missale dicit *Ore-
 mus. Humiliate capita vestra Deo.*
 debet caput inclinare versus Cru-
 cem more solito. Finitis Orationi-
 bus, iungat manus ante pectus, re-
 uertatur ad medium Altaris, oscule-
 tur

tur illud, ad Populum se vertat, & dicat *Dominus vobiscum*: quo dicto stans erectus iunctisque manibus ante pectus dicat *Ite Missa est*, & sine ulla capitis inclinatione reuertatur ad Altare per eandem viam. Si dicendum sit *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace*, dicto *Dominus vobiscum* reuertatur statim per eandem viam ad medium Altaris, & se non inclinans sed stans erectus, tenensque manus ante pectus iunctas dicat *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace*. Quantumvis autem legatur Missa pro vno, vel pro vna defuncta, non dicat Sacerdos *Requiescat in singulari*, sed *Requiescant in pace* in plurali. Per occasionem monentur hinc Sacerdotes, ut cum ministrant vni tantum Eucharistiam, non proinde dicant *Misereatur tui* in singulari, sed *vestri* in plurali: & ita ad *Indulgentiam* non dicat *Peccatorum tuorum*, sed *vestrorum* in plurali.

canus
pace,
tare, it
digitor
residue
retento
dicat
&c. Si
Oratio
la, caue
torquea
dextero
lum me
a parte
possit.
Altare, e
in quib
pulo. C
& Spiri
Populo
solemn
Crucis
pulum,
do non

se vertat, &
 m: quo dictu
 e manibus an
 a est, & sine
 ne reuertatu
 viam. Si d
 s Domino, ve
 cto Domini
 atim per ear
 Altaris. & se
 s erectus, te
 ctus iunctas
 ino, vel Re
 antumuis au
 ino, vel pr
 cat Sacerdo
 sed Requie
 Per occasio
 cerdotes, v
 um Euchar
 ant Misere
 vestri in pla
 m non dicā
 vestrorum in

23 Dicto *Ita Missa est*, vel *Benedi-*
camus Domino, siue *Requiescant in*
pace, ponat manus iunctas super Al-
 tare, ita vt extremitates paruorum
 digitorum frontem Altaris tangerent,
 residuo manuum inter Altare, & se
 retento, & aliquantulum inclinatus
 dicat *Placeat tibi Sancta Trinitas*,
&c. Si memoriter non teneat hanc
 Orationem, lecturus illam in Tabel-
 la, caueat, ne corpus indecorè con-
 torqueat, sed potius velum Calicis
 dextero & decenti motu aliquantu-
 lum moueat siue à parte dextra, siue
 à parte sinistra, vt commodè legere
 possit. Finita Oratione osculetur
 Altare, etiam in Missis de Requiem,
 in quibus non datur benedictio Po-
 pulo. Cum dicit *Pater*, & *Filius*,
 & *Spiritus Sanctus* semel tantum
 Populo benedicat, etiam si sit Missa
 solenn's, vnicum producendo signū
 Crucis à fronte ad pectus versus Po-
 pulum, & lineam transuersam facien-
 do non manu transuersa, sed rectā,

D

sinistra

sinistra interim infra pectus posita.
 Ministro respondente *Amen*, iungat
 manus, & circulum perficiens acce-
 dat ad cornu Euangelij: vbi stans
 erectus, dictoque *Dominus vobiscum*,
 & responso à Ministro *Et cum spiritu*
tuo, Sacerdos ponat sinistram super
 ex remitatem Missalis, si eo utatur,
 aliter ponat super Altare, ac pollice
 dextro signet signo Crucis initium
 Euangelij in Missali, vel in Chartula,
 siue in Tabella, in qua scriptum est
 Euangelium S. Ioannis, & si neutro
 utatur, sed memoriter sit recitaturus
 Euangelium S. Ioannis, signet Altare;
 deinde retrahat ad se sinistram,
 quâ infra pectus posita signet eodem
 tempore se ipsum in fronte, ore, &
 pectore, dicens, *Initium S. Euangelij*,
&c. vel *Sequentia S. Euangelij*, &c.
 iuxta occurrentiam. Si Sacramen-
 tum sit expositum, siue in plano
 Altaris, siue altius ab Altari; vel Par-
 ticulæ consecratæ, seu S. P. xis cum
 eis pro communicandis Laicis, sint
 super

super
 Altare
 legat E
 Tabell
 vel Tat
 tum si
 Altare
 tibi Do
 pectus
 verba
 nussit
 Euang
 verius
 sed si
 paulo
 qua ob
 quando
 exposi
 do cor
 Cōmu
 Laicis
 nio
 Rubri
 (quod
 respo

tus posita.
 en, iungat
 iens acce-
 vbi stans
 e vobiscum,
 cum spiritu
 ram super
 eo vtatur,
 ac pollice
 s initium
 Charula,
 riptum est
 si neutro
 recitaturus
 ner Altare;
 nistrum,
 ner eodem
 te, or-, &
 Euangelij,
 gelij, &c.
 acramen-
 in plano
 ; vel Par-
 xis cum
 cis, sint
 super

super Altari, Sacerdos non signet
 Altare, sed se ipsum tantum; sed si
 legat Euangelium in Missali, vel in
 Tabella S. Ioannis, signabit librum,
 vel Tabellam, quantumvis Sacramen-
 tum sit expositum, vel iaceat super
 Altare. Responso à Ministro *Gloria*
tibi Domine, iunctis manibus ante
 pectus legat Euangelium, & ad illa
 verba *Et Verbum caro factum est*, ge-
 nusflectat vnico genu versus cornu
 Euangelij eodem loco, & nequaquā
 versus Crucem, vel in medio Altaris;
 sed si expositum sit Sacramentum,
 paulò versus illud genuflectat. Reli-
 qua obseruanda per Sacerdotem,
 quando celebrat in Altari, in quo
 expositum est Sacramentum; vel quan-
 do consacranda sunt Particulæ pro
 Cōmunionem Laicorum; aut quando
 Laicis administranda est S. Commu-
 nio; omninò legantur suis locis in
 Rubricis Missalis. In fine Euangelij
 (quodcumque illud fuerit) Minister
 respondeat *Deo gratias*, & Sacerdos

non osculetur Altare, neque Missale
neque folium; siue Tabellam Euan-
gelij S. Ioannis; sed claudat Missale
dextera manu, si eo utatur, ita vt pars
quæ aperitur, respiciat cornu Euan-
gelij, non Calicem.

24 Finitâ Missâ non vertat se, vt
faciat reuerentiam, nisi adsit propri-
us Prælati (quomodo sacerdos se
gerere debeat, cum celebrat coram
Episcopo, legat Rubricas Missalis
suis locis) sed iunctis manibus ad
medium Altaris redeat, & sinistrâ
accipiens Calicem, nullâ factâ Cruci
reuerentia, vertat se ad cornu Episto-
læ, & descendens ab Altari, dex-
teram super bursam teneat, ne ali-
quid cadat. Cum fuerit in medio
in fimi gradus in plano vertat se ad
Altare, & faciat profundam reueren-
tiam, corpus profundè inclinando,
vt in principio Missæ: sed si ibi
fuerit Tabernaculum cum Sacramen-
to incluso, genuflectat vnico genu:
deinde erectus non faciat aliam re-
uerentiam

uerentiam, neque capitis inclinatio-
nem; sed accepto birreto, capiteque
operto, ac posita dextera super bur-
sam, redeat incessu graui more solito
ad Sacrestiam, neminem salutans,
nisi prout dictum est in principio
ante Missam. Interea dum redit, re-
citet secretò Antiphonam *Trium-*
puerorum & Canticum *Benedicite*,
&c. In Duplicibus duplicatur dicta
Antiphona. Reuersus ad Sacristiam,
inclinat se capite cooperto ad Cru-
cem, vel Imaginem eo modo quo se
inclinauit in Sacristia ante Missam,
vt dictum est supra: deinde deposito
Calice aperiat caput, & mox ordine
retrogrado exuat se Sacris Vestibus,
osculando ea, quæ habent Crucem,
prout dictum est, quando se illis in-
duit ante Missam. Depositis omni-
bus paramentis, lauet manus, &
genus flexus gratias agat, vt in Tabella
exposita, addens deinde quæ ex sua
deuotione placuerint. Amen.

B E D A

DE VENERABILI

Eucharistia Sacramento.

Sacerdos non legitime impeditus, celebrare omittens, quantum in eo est, priuat Sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iustos subsidio, & gratia & in Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spirituali Christi beneficio, & seipsum medicina, & remedio.

Orationes dicende ante Missam.

Deus qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus iustos, & de immundis mundos; munda cor, & corpus meum ab omni contagione, & sorde peccati, & fac me dignum, atque strenuum sanctis altaribus tuis ministrum; concede propitius, ut in hoc altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles, atque placabiles

les offerat
& offensio
dianis ex
simul Ch
dis, & pe
acceptab
nobis ob
vinit & t

O Hlec
ste
qua mun
vulnera
quibus p
aspersio
tio omni
Mors tua
Crux tua
refutet
gaudium
cordis
Qui vult
tus sancti
Alia

O M

A
LI
nto.

peditus,
ntum in
initatem
tia, pec-
, & gra.
tes refri-
Christi
ina, &

fsam.
gnos fa-
stos, &
a cor, &
gione,
num,
ous tuis
vt in
ccedo,
acabi-
les

les offeram pietati tuæ pro peccatis,
& offensionibus, innumerisq; & quoti-
dianis excessibus meis, atque cūctorū
simul Christianorum culpis abluen-
dis, & per eum sit tibi votum meum
acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro
nobis obtulit sacrificium. Qui tecum
viuit & regnat, &c.

O Blecto te dulcissime Iesu Chri-
ste vt passio tua, sit mihi virtus,
qua muniar, protegar, atq; defendar;
vulnera tua sint mihi cibis, & potus,
quibus pascar, enutriar, atq; delecter;
asperfus sanguinis tui sit mihi ablu-
tio omnium peccatorum meorum.
Mors tua sit mihi vita indeficiens:
Crux tua sit mihi gloria sempiterna;
resurrectio, & auxilium; sanitas &
gaudium, desiderium & solatium
cordis mei nunc, & in perpetuum.
Qui viuis, & regnas in vnitae Spi-
tus sancti Deus, &c.

*Alia Oratio ante sanctam Com-
munionem.*

O Mnipotens sempiterne Deus,
D 4 ecce

ecce accedo ad sacramentum vnige-
 niti Filij tui, Domini Nostri Iesu
 Christi. Accedo tanquam infirmus
 ad medicum vitæ, immundus ad fon-
 tem misericordiæ, cæcus ad lumen
 claritatis æternæ; pauper & egenus
 ad Dominum cæli, & terræ. Rogo
 ergo immensæ largitatis tuæ abun-
 dantiam, quatenus meam curare di-
 gneris infirmitatem, lauare scdita-
 tem, illuminare cæcitatem, ditare
 paupertatem, vestire nuditatem, vt
 te panem Angelorum, Regem Regū,
 Dominum Dominantium, tanta su-
 scipiam reuerentia: & humilitate,
 tanta contritione & deuotione, tanta
 puritate & fide, tali proposito & In-
 tentione, sicut expedit saluti animæ
 meæ. Da mihi, quæso, Dominici
 corporis, & sanguinis, solum non
 suscipere sacramentum, sed etiam
 rem & virtutem sacramenti. O mitis-
 sine Deus, da mihi corpus vnigeniti
 Filij tui Domini Nostri Iesu Christi,
 quod traxit de Virgine Maria sic su-
 scipere

scip
 reat
 bra
 Par
 lium
 via
 tanc
 Qu
 Spiri

G

Con

E
 Don
 ritu
 nipo
 triu
 tot

scipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem tunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, &c.

GREGOR. XIII.
PON. MAX.

*Concessit cuilibet dicenti, quæ sequuntur
quingenta annorum Indulg.*

EGo volo celebrare Missam, & conficere Corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, iuxta ritum S. R. Ecclesiæ, ad laudem Omnipotentis Dei, totiusque Curie triumphantis; ad utilitatem meam, totiusque Curie Militantis; pro omni-

D 5

nibus

nibus, qui se commendauerunt orationibus meis in genere, & in specie, & pro sælici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatium veræ penitentiae, gloriam, & consolationem sancti spiritus, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

GRATIARVM

A C T I O

post Missam

Trium puerorum cantemus Hymnum, &c.

In duplicibus dicitur integra.

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. Benedicite Angeli

geli
cali
nes, q
bened
Domi
Domi
mino
ros D
ritus
& æstu
& æstu
& pru
& frig
cies, &
noctes
lux, &
fulgur
cat te
rexalt
mont
cite v
Dom
no :
Dom
quæ

unt ora.
n specie,
Romanæ

endatio.
æ peni-
ationem
m in bo-
omnipo-
Amen.

V M

Hym.

egra.

Domini
erexal-
cite An-
geli

geli Domini Domino; benedicite
cæli Domino. Benedicite aquæ om-
nes, quæ super cælos sunt, Domino;
benedicite omnes virtutes Domini
Domino. Benedicite sol, & luna
Domino; benedicite stellæ cæli Do-
mino. Benedicite omnis imber, &
ros Domino; benedicite omnes spi-
ritus Dei Domino. Benedicite ignis
& æstus Domino; benedicite frigus,
& æstus Domino. Benedicite rores,
& pruina Domino; benedicite gelu,
& frigus Domino. Benedicite gla-
cies, & niues Domino; benedicite
noctes, & dies Domino. Benedicite
lux, & tenebræ Domino; benedicite
fulgura, & nubes Domino. Benedi-
cat terra Dominum; laudet & supe-
rexaltet eum in sæcula. Benedicite
montes, & colles Domino; benedi-
cite vniuersa germinantia in Terra
Domino. Benedicite fontes Domi-
no; benedicite maria, & flumina
Domino. Benedicite cete, & omnia
quæ mouentur in aquis, Domino;

benedicite omnes volucres cæli Domino, Benedicite omnes bestię, & pecora Domino; benedicite filii hominum Domino. Benedicat Israel Dominum; laudet, & superexaltet eum in sæcula. Benedicite sacerdotes Domini Domino; benedicite serui Domini Domino. Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino; benedicite sancti, & humiles corde Domino. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino; laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu; laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. Benedictus es Domine in firmamento cæli; & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Laudate Dominum in sanctis eius; laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

ius. La
laudate.
Laudate
laudate
Laudate
nantibus
iubilatio
Dominu
Antiphon
mus hyn
cti in
Dominu
eleison.
Confitea
opera tu
tibi. Ex
Lætabun
nobis. D
mini tue
xaudi.

D Eus,
flac

cæli Do-
bestiæ, &
e filii ho-
cat Israel
berexaltet
sacerdo-
dicite ser-
dicite spi-
mino; be-
orde Do-
Azaria,
& supere-
dicamus
o Spiri-
mus eum
omine in-
bilis, &
s in sæ,

in&is e-
namen-
eum in
secun-
dinis e-
ius,

ius. Laudate eum in sono tubæ;
laudate eum in psalterio & cithara.
Laudate eum in tympano, & choro:
laudate eum in cordis, & organo.
Laudate eum in cymbalis beneso-
nantibus, laudate eum in cymbalis
iubilationis; omnis spiritus laudet
Dominum. Gloria Patri.

Antiphon. Trium puerorum cante-
mus hymnum, quem cantabant San-
cti in camino ignis benedicentes
Dominum. Kyrie eleison, Christe
eleison. Kyrie eleison. Pater noster
Confiteantur tibi Domine, omnia
opera tua. Et sancti tui benedicant
tibi. Exultabunt sancti in gloria.
Lætabuntur in cubilibus suis. Non
nobis Domine, non nobis; Sed no-
mini tuo da gloriam. Domine ex-
audi. Dominus vobiscum.

O R E M V S.

Deus, qui tribus pueris mitigasti
flamas ignium, concede pro-
pitius

pitius: vt nos famulos tuos non
exurant flama vitiorum.

Actiones nostras, quæsumus Do-
mine, aspirando præueni, &
adiuuando prosequere: vt cuncta
nostra oratio, & operatio à te sem-
per incipiat, & per te cæpta finia-
tur.

DA nobis, quæsumus Domine
vitiourum nostrorum flammæ
extinguere, qui beato Laurentio
martyri tuo tribuisti tormentorum
suorum incendia superare. Per Chri-
stum Dominum nostrum.

Oratio dicenda post Missam.

OMnipotens sempiterne Deus,
conseruator animarum mun-
dique redemptor, me famulum
tuum ante Maiestatem tuam prostra-
tum benignissime respice, & sacri-
ficium, quod in honore nominis tui,
pro

pro la-
quàm
peccat
li, pijs
remou
mhi c
pande
ter cri
misi r
sic in
fac m
etorum
præsta
bened
perma
Amen

Oratio
a

Pate
m
Suscipe
hoc sa

s non

us Do-
eueni, &cuncta
te sem-
ta finia;

Domine

flammas

laurentio

entorum

per Chri-

m.

Deus ;

m mun-

dulum

prostra-

e sacri-

inis tui,

pro

pro salute fidelium tam viuorum,
quam etiam defunctorum, & pro
peccatis, & offensionibus meis obtu-
li, piissime respice, iram tuam à me
remoue, gratiam, & misericordiam
mihi concede, ianuam Paradisi mihi
pande, ab omnibus malis me poten-
ter eripe; & quicquid proprio com-
misi reatu, clementer indulge: Et
sic in hoc sæculo, in præceptis tuis
fac me perseverare, vt dignus ele-
ctorum gregi copulari efficiar; te
præstante Deus meus, cuius nomen
benedictum; honor, atque regnum
permanet in sæcula sæculorum.
Amen.

*Oratio deuotissima dicenda à Sacerdote
ante vel post celebrationem*

M. ßæ.

Pater cœlestis, clementissime Do-
mine, pater misericordiarum,
Suscipe hodie per manus serui tui
hoc sacro sanctum Sacrificium, ve-
rum

rum corpus, & sanguinem vnigeniti
 Filii tui Domini nostri Iesu Christi
 in satisfactionem, & remissionem
 omnium peccatorum meorum in sa-
 lutem, & fortitudinem animæ meæ,
 & totius domus meæ, & omnium il-
 lorum, quibus aliqua obligatione
 teneor, & omnium Dominorum, Præ-
 latorum, Prædicatorum, Sacerdotum,
 & Religiosorum Catholicæ Fidei,
 vt eis gratiam Spiritus sancti im-
 partiri digneris ad salutem anima-
 rum suarum, & regimen totius po-
 puli Christiani, & omnium peccato-
 rum huius mundi, vt eos conuertas,
 & ducas ad viam salutis, in consola-
 tionem omnium tribulatorum, vt eis
 adiutorium, & veram patientiam tri-
 buas in refrigerium, & liberationem
 omnium animarum existentium in
 Purgatorio, & maxime illarum, quæ
 auxilium à me iurè expectant, & ad
 illuminationem, & conuersionem
 omnium gentium infidelium, & hæ-
 reticorum, & schismaticorum, vt co-
 gno;

gnoscat
 veritate
 qui cu
 laudabi
 la sæcul

Or

GR
 Deus
 gnus
 meriti
 cordiæ
 tioso co
 Domin
 precor
 non sit
 interce
 mihi a
 volunc
 concup
 natio,
 litatis

gnoscant, & ament te summam
veritatem, Patrem omnipotentem,
qui cum Filio, & Spiritu sancto es
laudabilis Deus, benedictus in sæcu-
la sæculorum. Amen.

*Oratio post sanctam Com-
munionem.*

GRatias tibi ago Domine, Sancte
Pater omnipotens, æterne
Deus, qui me peccatorem indi-
gnum famulum tuum nullis meis
meritis, sed sola dignatione miseri-
cordiæ tuæ satiare dignatus es præ-
tioso corpore, & sanguine Filii tui
Domini Nostri Iesu Christi. Et de-
precor, vt hæc sancta Communio
non sit mihi reatus ad pœnam, sed
intercessio salutaris ad veniam. Sit
mihi armatura fidei, & scutum bonæ
voluntatis. Sit vitiis euacuatio,
concupiscentiæ, & libidinis extermi-
natio, charitatis, & patientiæ, humi-
litis & obedienciæ augmentatio,
con-

contra insidias inimicorum omnium
tàm visibilium, quàm inuisibilium
firma defensio : motuum meorum,
tàm carnalium, quàm spiritualium
perfecta quietatio, in te vno ac vero
Deo firma adhesio, atque mei finis
fœlix consumatio. Et præcor te, vt
ad illud ineffabile coniuiuium me
peccatorem perducere digneris, vbi
tu cum Filio tuo, & Spiritu sancto,
sanctis tuis es lux vera, satietas plena
gaudium sempiternum, iucunditas
consummata, & fœlicitas perfecta.
Per Christum Dominum.

ALIE ORATIONES DICENDÆ

Post celebrationem Missæ.

*Oratio sancti Augustini Episcopi ad
Beatissimam Virginem MARIAM
post Missam.*

O Sacratissima, ò serenissima, &
inclyta gloriosa Virgo MA-
RIA,

RIA, quæ
torarum i
fuiti digi
neo vber
sacrumqu
ego indig
re præsum
cor miseri
me pecca
vt quiequ
dignissim
gnum, igit
aut acci
licet in tra
nistrando a
omissum:
indulgere
noster leu
cum Patre
& regnat

Oratio

Svmm
IESV

omnium
uisibilium
meorum,
iritualium
no ac vero
mei finis
cor te, vt
uium me
gneris, vbi
tu sancto,
etas plena
ucunditas
perfecta.

CENDÆ

issæ.

scopi ad
RIAM

ssima, &
go MA-
RIA,

RIA, quæ creatorem omnium crea-
turarum in tuo sacratissimo vtero
fuisi digna portare: solaque virgi-
neo vberē lactare: cuius veracissimū,
sacrumque corpus, & sanguinem,
ego indignus peccator, modo sume-
re præsumpsi: tuam humiliter depre-
cor misericordiam: vt ad ipsum pro
me peccatore intercedere digneris:
vt quicquid in hoc tam ineffabili, ac
dignissimo sacrificio: per me indi-
gnum, ignoranter, vel negligenter,
aut accideret, seu irreuerenter: sci-
licet in tractando, & sumendo, ac mi-
nistrando actum est: commissum, vel
omissum: tuis sacratissimis precibus
indulgere dignetur, idem Dominus
noster Iesus Christus Filius tuus: qui
cum Patre, & Spiritu Sancto viuit,
& regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio sancti Ambrosij Episcopi
ante Missam.*

Summe Sacerdos, & vere Pontifex
IESV Christe, qui te obtulisti
Deo

Deo Patri hostiam puram & immaculatā in ara Crucis pro nobis miseris peccatoribus, & qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandū, & sanguinem tuum ad bibendū, & posuisti mysteriū istud in virtute Spiritus sancti tui. Dicens: Hæc quotiescūque feceritis, in mei memoriā facietis. Rogo te Pater per sanguinē tuum pretiosū, magnum salutis nostræ pretiū: rogo per hanc mirā, & ineffabilē charitatem, qua nos miseros & Indignos sic amare dignatus es, ut laues nos a peccati nostris in sanguine tuo. Doce me indignū seruum tuū, quem inter cetera dona tua ad officiū sacerdotale vocare dignatur es, nullis meis meritis sed sola dignatione misericordiæ tuæ, doce me, quæso, per Spiritū sanctū tuū, tantū tractare mysterium ea reuerētia & honore, ea deuotione & timore, quibus oportet & decet. Fac me per gratiā tuā sēper illud de tanto mysterio credere & intelligere cogitare, quod tibi placet, & expediat ani-

anime mee. I
in cor meū qu
sine strepitu
veritatē. Pro
& sacro testi
gnā clemen
Missatū solen
ra mente cele
ab immundis
tis cogitatio
rū Angelorū
tutela fort illi
porum confu
tantū mysteri
geli tui repell
uis tuis duriss
& cenodox
fornicationis
tatis dissiden
persequitur
dere festinam
Actus intern
Missæ Sacra
A Dho
risti

m & imma-
 nobis mise-
 edisti nobis
 andū, & sã.
 & posuisti
 Spiritus sã.
 scūque fece-
 ietis. Rogo
 n pretiosū,
 retiū: rogo
 ilē charita-
 ndignos sic
 uares nos a-
 e tuo. Docce
 quem inter
 i sacerdota
 is meis me-
 misericor-
 per Spiritū
 mysterium
 deuotione
 & decet.
 er illud de
 intelligere
 & expedir
 ani-

animę mee. Intrèt spiritus tuus bonus
 in cor meū qui sonet ibi sine sono, &
 sine strepitu verborū loquatur omnē
 veritatē. Profunda quippe sunt nimis
 & sacro tecta velamine. Propter ma-
 gnā clementiā tuam concede mihi
 Missarū solemnia mūdo corde, & pu-
 ra mente celebrare. Libera cor meū
 ab immundis & nefandis, vanis, & no-
 xis cogitationibus. Muni me beato-
 rū Angelorū pia & fida custodia, ac
 tutela fortissima vt hostes omniū bo-
 norum confusi discedant. Per virtutē
 tanti mysterii, & per manū sancti An-
 geli tui repelle a me, & a cunctis ser-
 uis tuis durissimū spiritum superbix
 & cœnodoxæ inuidiæ & blasphemix,
 fornicationis & immunditiæ, dubie-
 tatis dissidentiæ. Cōfundātur qui nos
 persequūtur, pereant illi qui nos per-
 dere festinant. DEO GRATIAS.
Actus interni ante vel post Sacrosanctū
Missę Sacrificium pro oportunitate
Sacerdotis.
Ad honorem Dei, & SS. Eucha-
 ristix Sacramēti in quo Deus
 de.

delitescit detestor, abominor, & execror omnia peccata mea, & aliorum cōmissa ab initio mūdi, vsq; in hanc horam, & deinceps vsq; ad finem mūdi comittenda, & si possem ea libentissime impedire, & tot actus virtutū producere ad salutem meā, & aliorum, per gratiam Dei quam supplex inuoco, & sēper obsecro, vt me adiuuet.

2 Laudo, & approbo quicquid in SS. Sacramenti honorem, gloriā reuerentiā, & Venerationem præstitū huc vsq; est & deinceps præstabitur.

3 Detestor, & damno quicquid secus impiē cogitatum vel factum, & impie fiet.

4 Gaudeo, & cōplaceo mihi ob eas excellentias, quę in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento delitescūt, quas omnes adoro, veneror, & admiror.

5 Ad maiore gloriā, Laudē, & Venerationē Eucharistici Sacramēti. Laudo, & approbo omnia bona opera facta, etiā indiserētia à principio mūdi vsq; in hanc horā, & deinceps vsq; ad finē mūdi facienda ac si ea ego ipse fecissem.

6 Ad

6 Ad
menti ho
ra intern
& cogitat
& venera
nibus illi
vnquā ha
runt, & c
intendo l
isque ope
mentis v
ctorum cō

7 Vt a
rabile Sac
to ex tor
micis meis
bus, detra
modo mil
bona cup
8 O
mentū on
sem mori
id facere
supplex in
9 Susci

or, & ex-
e aliorum
sq; in hanc
finem mū.
ea liben-
ctus vittu-
eā & alio.
am suplex
me aduet
quicquid in
loriā reue-
rāstitū huc
bitur.

quicquid se-
factum, &

mihi ob eas
ssimo Eu-
scūt, quas
admiror.

dē, & Ve-
mēti. La-

ona opera
cipio mū.

ps vsq; ad
ego ipse

6 Ad

6 Ad eiusdem Sanctissimi Sacra-
menti honorem intendo omnia ope-
ra interna, & externa dicere, facere,
& cogitare ad maiore Dei gloriam,
& venerationem sempiternā cū om-
nibus illis intentionibus, quas sancti
vnquā habuerunt vel habere potue-
runt, & omnia cū istis intentionibus
intendo Deo afferre, cū meipso, me-
isque operibus singulis vite meæ mo-
mentis vellemque idomnium san-
ctorum cordibus præstare.

7 Ut aptior accedā ad hoc Vene-
rabile Sacramentū ignosco, & dimit-
to ex toto corde meo omnibus ini-
micis meis, omnibus me calūnianti-
bus, detraentibus omnibus quocūque
modo mihi nocentibus & illis omnia
bona cupio, & opto.

8 O' Utinā ob Eucaristiæ Sacra-
mentū omnes homines saluare pos-
sem moriendo pro singulis, libenter
id facerem per gratiam Dei quam
suplex inuoco, & obsecro.


9 Suscipe Clemētissime Pater Do-
mine

mine Deus meus has orationes, seu
 aspirationes in vnione Sanctissimæ
 Passionis Domini mei Iesu Christi fi-
 lij tui, & suarū reuerentiarū perfectis-
 simæ caritatis, obedientiæ, passionū,
 & aliarū virtutum tibi in hac vita ab
 ipsomet exhibitarum ego vilitatis a-
 byssus in tēpore, & in æternitate tibi
 amantissime Pater, offero ad tuam, & ip-
 sius gloriā, laudē & honorē, & bene-
 dictionē perpetuā in plenissimam su-
 per vniuersis beneficiis gratitudinē,
 in omniū Sanctorū laudē, & honorē,
 & totius sanctæ Ecclesiæ profectum,
 & in Purgatorio existentes, maximē
 qui à me suffragia expectāt, & teneor
 liberentur, peccatores conuertantur
 ad pœnitentiam iusti in gratiam con-
 seruentur, & augeātur præsertim om-
 nes qui mihi in orationibus comen-
 dati sunt sacrificio inueniuntur. Hos
 omnes actus, & infinitos alios alia-
 rumque virtutum intendo super pro-
 ducere, & multiplicare in infinitum ad
 honorē Dei, salutem meam, & totius
 mundi.

F I N I S.

iones, seu
an&issimæ
Christi fi-
perfectis.
passionū,
ac vita ab
ilitatis a-
nitate tibi
am, & ip-
ē, & bene-
simam su-
atitudinē,
& honorē,
ofectum,
maximē
& teneor
uertantur
am con-
tim om-
comen-
tur. Hos
os alia-
per pro-
nitur ad
& totius





Biblioteca
Comunale

T
I
K
231

TRENTO

xrite

colorchecker



MSCCPPCC0613

